

25

8925

# REGLA

DE NUESTRO PADRE

# SAN BENITO

EN LATIN Y ESPAÑOL

CON SECCIONES MANUSCRITAS

DE LA PRIMA DE LOS

DE LOS MONJES PROFESAN EN

DE LOS MONJES

FRAY DIEGO MECQUEL

DE LA CONGREGACION DE

10  
53

*Handwritten notes and signatures in the right margin, including a vertical list of numbers and names.*

CON LAS ANEXAS

MADRID: EN LA LIBRERIA DE DON ANTONIO DE SOTO, EN LA CALLE DE SAN MARTIN, NUM. 13. 1796.

Ante  
Sentencia }  
de

La Villa de Guernica

Procuradores Reales de



**R E G L A**  
DE NUESTRO PADRE  
**SAN BENITO**  
EN LATIN, Y ROMANCE,  
CON SECCIONES MAYORES, Y MENORES,  
QUE PARA EL USO  
DE LOS QUE LA PROFESSAN EN HESPAÑA,  
*O F R E C E*  
**FRAY DIEGO MECOLAETA,**  
DE LA CONGREGACION DE VALLADOLID.



CON LAS LICENCIAS NECESSARIAS.

~~~~~  
EN MADRID: En la Imprenta de Antonio Perez de Soto, calle  
de la Habada. Año 1751.

# PROLOGO.

**L**A buena acogida, que la primera edicion de nuestra Regla publicada en los dos idiomas , para las lecturas cotidianas que practicamos, hallò en los animos de una , y otra Congregacion de Hespaña, me ha empeñado à repetirla, por averse consumido yà todos los exemplares, y por buscarlos con ansia los devotos monjes. Esto me ha impelido à repetir la edicion, que no tanto es copia de la antigua , quanto version reciente de la Regla , en que he procurado corregir , y aclarar lo que hallè digno de correccion, y de mas luz, con el fin de que las Religiosas , y los que no saben latin , entiendan todas sus clausulas , y palabras , sin necessitar de que alguno se las explique, ò interprete.

Y porque soy deudor à los sabios , y à los imperitos, procurè mi desempeño con unos, y otros, poniendo para los segundos la mayor claridad que pude, en las palabras, aunque sin libertad de exceder por la precisa combinacion , aun en lo material, con las latinas ; y dando razon en la Glossa , y Horario à los primeros , de la novedad que acaso notaran en algunos periodos , hasta ahora no explicados en las versiones de los editores antiguos. Quiero decir, que en todas las ediciones vulgares se vertieron materialmente muchas palabras , y en especial las que tocan à los salmos , y las horas , por lo qual los imperitos , y las Religiosas , aunque leyessen la Regla muchas veces , no podrian entenderlas, por no ser capaces de concordar las horas modernas con las antiguas. A este fin hemos usado el comun modo de contar las horas : y para que todos perciban , què , ò quales salmos ordenò rezar el Patriarca , omitiendo el numero ordinal , hemos puesto el principio de cada salmo en la distribucion de ellos , porque assi seràn mas conocidos.

Hemos añadido el Horario , ò distribucion de tiempo , para que perciban todos los que ordenò el Santo Patriarca en el cap. 48. y adviertan la estimacion que de las horas se debe hacer, para huir la ociosidad , que es el mayor enemigo de la virtud. Trátase en èl del tiempo destinado para decir las Horas canonicas , y en especial de las Vigiliàs , que comunmente llaman Maytines, por aver observado algunas disputas poco fundadas, por

\*  
 RE P E G L O A  
 DE NUESTRO PADRE  
 SAN RENNITO  
 EN LATIN Y ROMANCE  
 CON SECCIONES MAYORES, Y MENORES,  
 QUE PARA EL USO  
 DE LOS QUE LA PROFESAN EN ESPAÑA,  
 O F O R E C E  
 FRA Y DIEGO MECOLATA,  
 DE LA CONGREGACION DE VALLELDID.



CON LAS LICENCIAS NECESARIAS  
 EN MADRID: En la Imprenta de Antonio Irujo de 3000.  
 de la Lupa. Año 1774.

falta de noticias de la antigua disciplina , que debe ser la única regla por donde debe decidirse la disputa.

Tambien se añaden tres Exhortos , que dictò el venerable, y piadosísimo Padre D. Luis de Blois , comunmente conocido por *Blosso* , Abad Benedictino de Liesies , ò *Lecia* latinizado, en el Condado de Henao , que por tan piadosas, y edificantes, esperamos sean gratas à los Lectores.

Y porque el santo Patriarca manda que se lea en comunidad repetidas veces esta Regla , hemos hecho las divisiones mayores para los dias , y las pequeñas, para las pausas ; para que el que hiciere oficio de lector en comunidad , lea con el sentido que las clausulas piden : à cuyo fin se han puesto bastantes colonas , y semicolonas , esto es dos, puntos , y punto y coma , con cuyo beneficio qualquiera idiota podrá leer con sentido la Regla. Si esto lograre yo , ò que alguno siquiera aproveche algo , aunque sea poco , me darè por muy pagado, de mi trabajo , y dirè con el Ven. señor Cardenal Thomasi al fin del Prologo à la docta explanation que hizo del Salterio: *Si ex meo labore alii , vel pauci rudiores ad intelligentiam , vel spiritu ferventiores ad pietatem profecerint , id mihi satis erit.*

## ERRATA S.

**P**AG. 2. lin. 37. oquantur, lee *loquantur*. Pag. 9. lin. 33. morbibis, lee *morbidis*. Pag. 22. lin. 4. que el, lee *que el Profeta*. Pag. 27. lin. 22. lu, lee *la*. En la misma lin. 4. en el titulo falta *lo necessario*. Pag. 68. lin. 1. snmendare , lee *enmendare*. linea 4. como , lee *coma*. Pag. 72. lin. 15. como à las dos y media , lee *como à la una y media*. Pag. 73. lin. 32. utilis , lee *inutilis*. Pag. 90. lin. 23. tiempe , lee *tiempo*. lin. 29. alli , lee *alii*. Pag. 94. lin. 25. consequatur , lee *consequantur*. Pag. 98. lin. 23. si , lee *sit*. Pag. 116. lin. 26. dirivatum , lee *derivatum*. Pag. 120. lin. 21. estabiilidad , lee *estabilidad*. Pag. 128. lin. 31. divino , lee *diurno*. Las quales , y las demàs que se encontraren , se enmendarán de mano , supliendo estos , y los demàs yerros que se hallaren.

ENERO. 1. Mayo 2. Septiembre I.

## PROLOGUS

## PROLOGO

S. P. N. BENEDICTI IN  
*Regulam suam.*DE S. BENITO N. P. A SU  
Regla.

**A** Usculta, ò fili, præcepta  
Magistri, & inclina au-  
rem cordis tui.

Et admonitionem pii Patris  
libenter excipe, & efficaciter  
comple; ut ad eum per obe-  
dientiæ laborem redeas, à quo  
per inobedienciæ desidiam re-  
cesseras.

Ad te ergo nunc meus fer-  
mo dirigitur, quisquis abren-  
nuncians propriis voluntati-  
bus, Domino Christo vero  
regi militaturus, obedientiæ  
fortissima, atque præclara ar-  
ma assumis.

In primis, ut quicquid agen-  
dum inchoas bonum, ab eo  
perfici instantissima oratione  
deposcas: ut qui nos jam in fi-  
liorum dignatus est numero  
computare, non debeat ali-  
quando de malis actibus no-  
stris contristari.

Ita enim ei omni tempore  
de bonis suis in nobis paren-  
dum est, ut non solum ut  
iratus pater non aliquando fi-  
lios suos exhæredet; sed nec  
ut metuendus dominus irri-  
ratus malis nostris, ut nequif-  
simos servos perpetuam trad-  
dat

**E** Scucha, hijo, los preceptos del  
divino Maestro, y aplica à  
ellos la atencion de tu animo.

Recibe con gusto los consejos de tu  
benigno Padre, y ponlos por obra  
efectivamente, convirtiendote à  
èl por la obediencia sollicita, à  
quien por tu desidiosa desobe-  
diencia avias vuelto la espalda.

A ti, pues, se dirige ahora mi  
oracion, qualquiera que, por alis-  
tarte en la militia de Cristo,  
rey, y señor verdadero, desnu-  
dandote de tu voluntad propia, te  
revistes las muy fuertes, y bri-  
llantes armas de la obediencia.

Pide à Dios ante todo con ora-  
cion muy constante, que lleve à  
perfeccion lo bueno que comien-  
ces: para que, pues se dignò  
contarnos ya entre sus hijos,  
nunca tenga motivo de con-  
tristarse por nuestros demeri-  
tos.

De tal suerte le hemos de obse-  
quiar con los bienes que deposita  
en nosotros, que ni como padre  
enojado desherede à sus hijos en  
algun tiempo; ni como señor ter-  
rible, irritado de nuestro mal pro-  
ceder, entregue como servos per-  
versos à pena eterna, los que

## PROLOGO.

dat ad pœnam , qui eum *no quisieren seguirle à la gloria.*  
 sequi noluerint ad gloriam. *ria.*

ENERO 2. Mayo 3. Septiembre 2.

Exurgamus ergo tandem ali- **6** *Dexèmos el lecho en fin; pues la*  
 quando , excitante nos Scrip- *Escritura nos llama, diciendo en*  
 tura , ac dicente : *Hora est alta voz: Yà es tiempo de des-*  
*jam nos de somno surgere.* *pertar.*

Et apertis oculis nostris ad **7** *Y abriendo los ojos à la deificã*  
 deificum lumen , attonitis au- *luz, escuchemos pavorosos los di-*  
 ribus audiamus , divina quo- *vinos clamores, que cada dia dicen*  
 tidie clamans quid nos admo- *à nuestros oïdos: Quando oyereis*  
 neat vox dicens : *Hodie si vo- los divinos llamamientos, no os*  
*cem ejus audieritis , nolite ob- hagais furdos : Y otra vez : El*  
*durare corda vestra : Et iterum: que tiene oïdos libres , escu-*  
*Qui habet aures audiendi , au- ché lo que Dios dice à los fie-*  
*diat , quid Spiritus dicat Ec- les. Y què dice ? Venid hijos, es-*  
*clesiis. Et quid dicit? Venite fl- cuchadme à mi: yo os enseñare à*  
*lii, audite me : timorem Domini temer à Dios. Corred, mientras*  
*docebo vos. Currite, dum lu- dura la luz de vuestra vida, an-*  
*men vitæ habetis , ne tenebræ tes que con la muerte os ano-*  
*mortis vos comprehendant. chezca.*

ENERO 3. Mayo 4. Septiembre 3.

Et quærens Dominus in **8** *Y buscando el Señor en su nu-*  
 multitudine populi , cui hæc *meroso pueblo , à quien dà estos*  
 clamat , operarium suum , ite- *pregones , algun operario suyo,*  
 rum dicit : *Quis est homo , qui dice tambien: Quien es el que de-*  
*vult vitam , & cupit videre sefa vida feliz , y desfrutar dias*  
*dies bonos?* *de placèr?*

Quod si tu audiens , ref- **9** *Si tú, oyendoto, respondieres,*  
 pondeas Ego ; dicit tibi Deus: *Yo; vuelve à decir: Si desças lo-*  
 Si vis habere veram , & per- *grar perpetua , y verdadera vi-*  
 petuam vitam , *prohibe linguam da , prohibe à tu lengua , que*  
*tuam à malo , & labia tua ne hable mal , y que trate engaño,*  
*oquantur dolum. Diverte à ni doblèz. Desviate del mal , y*  
*malo , & fac bonum : inquire obra bien : busca paz , y figueta*  
*pacem , & sequere eam.* *con ardor.*

Et

Co-

Et cum hæc feceritis, *oculi* <sup>10</sup> *mei super vos, & aures meæ ad preces vestras: & antequam me invocetis, dicam: Ecce, adsum.* *Como obreis assi, mis ojos estarán sobre vosotros, y tan atentos mis oídos à vuestros labios, que antes que me llameis, dire: A qui estoy.*

Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus viam vitæ. *Què mayor dulzura, hermanos carissimos, que esta voz del Señor, que nos convida? Ved, como por su clemencia nos muestra el mismo el camino de la gloria.*

ENERO 4. Mayo 5. Septiembre 4.

Succinctis ergo fide, vel <sup>12</sup> *observantiâ bonorum actuum lumbis nostris, per ducatum Evangelii pergamus itinera ejus, ut mereamur eum, qui nos vocavit, in regno suo videre.* *Ceñido, pues, de fè, y buenas obras nuestro espíritu, vamos siguiendo su camino, segun la direccion del Evangelio, para que merezcamos ver en su reino al mismo que nos ha llamado.*

In cujus regni tabernaculo <sup>13</sup> *si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus currendo minime pervenitur.* *Mas si queremos morar en su palacio Real, bemos de saber, que no se llega à él, sino corriendo con passos de virtud.*

Sed interrogemus cum <sup>14</sup> *Propheta Dominum dicentes ei: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* *Pero preguntemoslo al Señor, diciendole con David: Quien habitará Señor en tu palacio, y quien tendrá en tu santo monte descanso eterno?*

Post hanc interrogationem <sup>15</sup> *fratres, audiamus Dominum respondentem, & ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi ac dicentem: Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam: qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua: qui non fecit proximo suo malum: qui opprobrium non accepit adversus proximum suum.* *Oygamòs ahora, hermanos, lo que el Señor responde à esta pregunta, y como nos muestra el camino de esta casa: El que tiene vida inculpable, (dice) y obra bien: el que habla verdad con sincero corazon: el que en sus palabras no tiene dolo: el que no hace mal à su proximo: el que no dà oídos à calumnias de su hermano.*

Qui malignum diabolum ali-  
qua suadentem sibi cum ipsa  
suasione sua à conspectibus cor-  
dis sui respuens, deduxit ad  
nihilum, & parvulos cogita-  
tus ejus tenuit, & allisit ad  
Christum.

El que expeliendo al diablo  
de la presencia de su alma, quan-  
do le incita à algun mal, lo dissi-  
pa con su misma sugestion; y co-  
giendo, al assomar, el pensamien-  
to, lo estrella, y deshace contra  
la piedra de Cristo.

ENERO 5. Mayo 6. Septiembre 5.

Qui timentes Dominum, de  
bona observantia sua non se  
reddunt elatos; sed ipsa in se  
bona non à se posse, sed à Do-  
mino fieri exultantes, ope-  
rantem in se Dominum mag-  
nificant, illud cum Prophe-  
ta dicentes: *Non nobis Do-  
mine, non nobis, sed nomini  
tuo da gloriam.*

Los que temiendo à Dios, no  
se envanecen por su buen obrar;  
antes, sabiendo, que por si no pue-  
den hacer cosa buena, y que lo  
bueno que tienen, es efecto de la  
gracia, engrandecen al Señor, que  
en ellos obra, diciendo con el  
Salmista: No sean, Señor, para  
nosotros, sino para ti solo los  
aplausos.

Sicut nec Paulus apostolus  
de prædicatione sua sibi ali-  
quid imputavit dicens: *Gratià  
Dei sum id quod sum: Et ite-  
rum ipse dicit: Qui gloriatur, in  
Domino gloriatur.*

Al modo que san Pablo no se  
atribuyó à si mismo los frutos de  
su trabajo, pues dixo: Por gra-  
cia de Dios soy lo que soy: y  
otra vez: Gloríese en el Señor, el  
que se gloria de algo.

Unde & Dominus in Evan-  
gelio ait: *Qui audit verba mea  
hæc, & facit ea, similabo eum  
viro sapienti, qui edificavit do-  
mum suam supra petram. Ven-  
erunt flumina, flaverunt ven-  
ti, & impeerunt in domum il-  
lam, & non cecidit: fundata  
enim erat supra petram.*

Por esso dixo Cristo en el  
Evangelio: El que oye, y observa  
mi doctrina, es parecido al fa-  
bio, que fundò su casa sobre pe-  
ña. Vinieron recias borrafcas de  
viento, y lluvia, y dieron fuertes  
empuxones à la casa: pero man-  
tuvose constante, porque estaba  
fundada en peña firme.

Hæc complens Dominus, ex-  
pectat nos quotidie his suis  
sanctis monitis, factis nos res-  
pondere debere.

Pronto en fin el Señor à cumplir  
lo prometido, espera por instantes,  
que respondamos con obras à estas  
sus santas inspiraciones.

Ideo nobis propter emen-  
da-

Por esso nos dà de treguas el tie-

## PROLOGO.

dationem malorum, hujus dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apostolo: *An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* Nam pius Dominus dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*

*po que vivimos, para que corrija-  
mos los yerros, diciendo por el  
Apostol: Ignoras por ventura,  
que la piedad divina te conduce  
à penitencia? Y aun el mismo Se-  
ñor dixo por su boca: No quiero,  
que muera, sino que se convier-  
ta el pecador, y viva.*

ENERO 6. Mayo 7. Septiembre 6.

Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi ejus, audivimus habitandi præceptum: sed si compleamus habitatoris officium, erimus hæredes regni caelorum.

*Aviendo preguntado, herma-  
nos, al Señor, por el que ha de ha-  
bitar en su palacio, oimos y à lo  
que debe observar su inquilino: y  
si cumplimos con effos cargos, lo-  
grarèmos la herencia del reyno  
de los cielos.*

Ergo præparanda sunt corda, & corpora nostra sanctæ præceptorum obedientiæ militatura. Et quòd minùs habet in nobis natura possibile, rogemus Dominum, ut gratiæ suæ jubeat nobis adjutorium ministrare.

*Preparense, pues, nuestros  
cuerpos, y corazones, para militar  
en la santa obediencia de sus le-  
yes; y roguemosle, que nos dè so-  
corros de su gracia, para que  
hagamos lo que no nos es pos-  
sible por nuestra humana fla-  
queza.*

Et, si fugientes gehennæ pœnas, ad vitam perpetuam volumus pervenire; dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, & hæc omnia per hanc lucis viam vacat implere, currendum, & agendum est modò, quod in perpetuum nobis expediat.

*Y si, buyendo de las penas in-  
fernales, deseamos arriivar, à la  
vida eterna; hagamos con dili-  
gencia, mientras hay vagar,  
durante la mansion en este cuer-  
po, y la luz de esta presen-  
te vida, lo que nos estè bien  
para la otra.*

ENERO 7. Mayo 8. Septiembre 7.

Constituenda est ergo à his Dominici schola servitii: in qua

*Vamos, pues, à entablar una  
escuela de servir à Dios: en cu-  
ya*

qua institutione nihil asperum, nihilque grave nos constitutos speramus.

Sed & si quid paululum restrictius, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitorum, vel conservationem charitatis processerit; non illico pavore perterritus refugas viam salutis, quæ non est, nisi angusto initio incipienda.

Processu verò conversationis, & fidei dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei.

Ut ab ipsius nunquam magisterio discedentes, in ejus doctrina usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemus, ut & regni ejus mereamur esse consortes.

ya institucion esperamos no establecer cosa aspera, ò difícil.

Mas si, dilatandolo la equidad, y razon, huviere algo que tenga visos de estrechez, à fin de corregir vicios, y conservar la caridad; no te asustes hijo, y dexes luego el camino de la salud, que no puede començarse, sino por principio angosto.

Pero en dilatandose el espíritu con la práctica de vida, y confè, se corre el camino de los preceptos de Dios con inefable dulzura de caridad.

Para que, no dexando jamás su magisterio, y perseverando hasta morir, en su doctrina en el claustro, participemos por la paciencia de los trabajos de Cristo, y seamos sus consortes en el reyno.



ENERO 8. Mayo 9. Septiembre 8.

# REGULA

# REGLA

S. P. N. BENEDICTI.

DE N. P. S. BENITO.

*De generibus Monachorum.*

De los generos de Monges.

## CAPUT I.

## CAPITULO I.

**M**onachorum quatuor esse genera manifestum est.

Primum Cœnobitarum, hoc est, monasteriale, militans sub Regula vel Abbate.

Deinde secundum genus est Anachoretarum, id est, Eremitarum: horum, qui non conversionis fervore novitio, sed monasterii probatione diuturna didicerunt contra diabolum, multorum solatio jam docti pugnare, & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, securi jam sine consolatione alterius, sola manu, vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum, Deo auxiliante, sufficiunt pugnare.

**E**s manifestum, que hay quatro linages de Monges.

El primero es de Cenobitas, ò monasterial, que milita con Regla, y Superior.

El segundo es de Anacoretas, y Eremitas: que no por los recientes fervores de su conversion, sino despues de largas pruebas de claustrò, y de aver aprendido à lidiar en compañía de otros muchos con el demonio, estando yá bien instruidos, salen del esquadron de sus hermanos à batallas singulares en los desiertos; bien assegurados, de q̄ sin socorro ageno, sino con solo su brio, y auxilios de la divina gracia tendrán valor suficiente à rebatir los pensamientos, y vicios de la carne.

ENERO 9. Mayo 10. Septiembre 9.

Tertium verò monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum, qui nullà Regulam

La tercera, y muy soez casta de monges es de Sarabaitas, ò agrestes, que sin passar, como el oro

là approbati, experienciâ magistri, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.

Qui bini, aut terni, aut ceteri singuli sine pastore, non dominicis, sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint, putant non licere.

Quartum verò genus est monachorum, quod nominatur Gyrovagum: qui totâ vitâ suâ per diversas provincias ternis, aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper vagi, & nunquam stabiles, & propriis voluptatibus, & gulæ illicebri servientes, & per omnia deteriores Sarabaitis: de quorum omnium miserrima conversatione melius est silere, quàm loqui.

His ergo omisis, ad Cœnobitatum fortissimum genus disponendum, adjuvante Domino, veniamus.

oro por crisol, por exercicios del claustro, sin direccion de maestro; reblandecidos, como si fuesen de plomo, y conservando constante fè con el mundo, manifiestan con su vida, que para Dios es ficcion, y embuste su tonsura.

5 Los quales, metiendose sin director à dos, à tres, ò cada qual de por si, no en los ranchos de Crisoto, sino en los propios, tienen por unica ley sus antojos, y deseos: pues à quanto ellos aprueban, ò eligen, llaman santo; y la que no les gusta, dicen que es pecaminoso.

6 La raza quarta es de los Vagantes: que gyrando toda su vida por varios países, se hospedan tres, ò quatro dias en diversas posadas, ò mansiones, vagos siempre, y nunca estables, esclavos de la gula, y de sus placeres, y peores en todo que los Sarabaitas cerriles: de cuya lastimosa conducta, es mejor callar, que tomarla en boca.

7 Y así, omitiendo estas especies, vamos à disponer con el favor divino el modo de vivir de los fortissimos Claustrales.

ENERO 10. Mayo 11. Septiembre 10.

Qualis debeat esse Abbas.

Qual deba ser el Abad.

C A P U T II.

CAPITULO II.

**A** Bbas, qui præesse dignus est monasterio, semper

**E** L Abad digno de presidir en un convento, debe tener

me-

pre-

meminisse debet, quod dicitur, & nomen Majoris factis implere.

Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur prænominem, dicente Apostolo: *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.*

Ideoque Abbas nihil extra præceptum Domini (quod absit) debet aut docere, aut constituere, vel jubere: sed iussio ejus vel doctrina fermentum divinæ justitiæ in discipulorum mentibus conspergatur.

*presente el titulo que se le dá, y llenar con obras el nombre de Superior.*

*En el monasterio es venerado como teniente de Cristo, y se le dá el mismo tratamiento, pues dice S. Pablo: Aveis recibido el espíritu de adopción, por el que á Dios llamamos Padre, ò Abad.*

*Por tanto nada ha de enseñar, mandar, ò disponer, que passe (ni Dios lo quiera) la raya de los preceptos divinos: antes debe polvorear sus instrucciones, y mandatos como fermento de la divina ley, en las mentes de sus subditos.*

## ENERO 11. Mayo 12. Septiembre 11.

Memor sit semper Abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ, utrarumque rerum in tremendo judicio Dei facienda erit discussio.

Sciatque Abbas culpæ pastoris incumbere, quidquid in ovibus pater-familias utilitatis minus potuerit invenire.

Tantum iterum liber erit, si inquieto, vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbis earum actibus universa fuerit cura exhibita; pastor earum in judicio Domini absolutus dicat cum Propheta Domino: *Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, & salutare tuum dixi;*

*Acuerdese siempre, que en el divino tribunal se ha de examinar, quanto enseña, y quanto manda; y que de uno, y otro se hará severa pesquisa.*

*Sepa tambien, que será cargo del pastor la menor utilidad, que el padre de familias encontrará en sus ovejas.*

*Solo le darán por libre, si, aviendo puesto toda diligencia en sosegar los motines de sus reses, y el mayor cuidado en curar los males de sus costumbres, dixere á Dios con David en el divino tribunal: No ocultè, Señor, tu ley en mi interior: advertiles la verdad, y lo conducente á su salud; mas ellos burlando-*

ipſi autem contemnentēs ſpre-  
verunt me.

Et tunc demum inobedienti-  
bus curæ ſuæ ovibus pœna ſit  
eis prævalens ipſa mors.

ſe de todo , me deſpreciaron  
à mi.

En tal caſo , la muerte ſerà  
inevitable pena de las reſes re-  
beldes à ſu enſeñanza.

ENERO 12. Mayo 13. Septiembre 12.

Ergo cum aliquis ſuſcipit no-  
men Abbatis , duplici debet  
doctrina ſuis præſſe diſcipulis:  
id eſt , omnia bona , & ſancta  
factis ampliùs quàm verbis  
oſtendere.

Ut capaciſ ſuſcipulis man-  
data Domini verbis proponat;  
duris verò corde , & ſimplicio-  
ribus factis ſuis divina præcep-  
ta demonſtret.

Omnia verò , quæ diſcipulis  
docuerit eſſe contraria , in ſuis  
factis indicet non agenda ; ne  
aliis prædicans , ipſe reprobis  
inventatur , ne quando dicat  
illi Deus peccanti : *Quare tu  
enarras juſtitias meas , & af-  
ſumis teſtamentum meum per  
os tuum ? Tu verò odiſti diſci-  
plinam , & projeciſti ſermoneſ  
meos poſt te : & qui in fratris tui  
oculo feſtucam videbas , in tuo  
proprio trabem non vidifſi.*

8. Quando alguno recibe el nom-  
bre de Abad , debe inſtruir à ſus  
ſubditos con dos ſuertes de doc-  
trina: eſto es, enſeñar todo lo bue-  
no, y ſanto, mas con obra, que de  
palabra.

9. A los monges advertidos  
propondrà en voz los divinos  
mandatos ; pero enſeñelos con  
obras à los ſencillos , y ru-  
dos.

10. Manifieſte con ſu vida , que  
no ſe debe hacer, lo que perſuade  
de palabra ſer opueſto à la Regla;  
no ſucedá, que predicando à otros,  
ſe vea ſer el quien viola los pre-  
ceptos; y que, ſi acaſo peca, ſe diga  
Dios algun dia: Para que ponde-  
ras mi juſticia, y tomas mis man-  
datos en tu boca? Tú ſi que abor-  
reces mi doctrina, y echas mis le-  
yes à la eſpalda ; y notando en  
los ojos agenos una mota , no vès  
en los propios una viga.

ENERO 13. Mayo 14. Septiembre 13.

Non ab eo perſona in mo-  
naſterio diſcernatur. Non unus  
plus ametur , quàm alius , niſi  
quem bonis in actibus , aut obe-  
dientia invenerit meliorem.

11. No diſcierna perſonas en el  
monaſterio , ni ame à uno mas  
que à otro , ſino al que vie-  
re adelantado en obediencia , y  
en merito.

Non convertenti ex ser-12 *No presiera sugetos de noble ca-  
lita a los que vienen al claustro  
vicio preponatur ingenuus, de servir; sino interviene alguna  
nisi alia rationabilis causa exi- grave razon.*  
stat.

Quod si ita, justitia dictan-13 *Si la buviere, y juzgare conve-  
niente preferirlos, podrá colocar-  
te, Abbati vitum fuerit, & de los en superior grada; mas si no  
cujuslibet ordine id faciat; sin la buviere, cada qual estè en  
alia, propria teneant loca: la suya: porque plebeyos, y  
quia sive servus, sive liber, nobles todos en Cristo somos  
& sub uno Domino æqualem iguales, todos militamos igual-  
servitutis militiam bajulamus, mente, y servimos a un mis-  
quia non est apud eum perso- mo Rey, en quien no se halla  
narum acceptio. accpcion.*

Solummodo in hac parte-14 *Solo seremos distinguidos en  
apud ipsum discernimur, si su aprecio, si nos viere humil-  
meliores aliis in operibus bonis, des, y adelantados a otros en  
& humiles inveniamur. virtudes.*

Ergo æqualis sit omnibus ab eo-15 *Sea, pues, igual para todos en  
charitas: una præbeatur omnibus el afecio, y sealo tamb en se-  
secundum merita disciplina. gun los demeritos en el castigo.*

ENERO 14. Mayo 15. Septiembre 14.

In doctrina namque sua Ab-16 *En su doctrina debe observarse  
bas Apostolicam debet illam siempre el Aoad el metodo que S.  
semper formam servare, in qua Pablo prescribe: Arguye, ruega,  
dicit: Argue, obsecra, increpa: reprende: quiero decir, que mez-  
id est, miscens temporibus tem- clando tiempos con tiempos, y se-  
pora, terroribus blandimenta, veridades con halagos, muestre  
dirum magistri, pium patris entereza de maestro, y afabilidad  
ostendat affectum. de padre muy benigno.*

Id est, indisciplinatos, &17 *Esto es, debe reprender con  
inquieta debet durius argue- acrimonia a los descomedidos, in-  
re; obediens autem, & mites, quietos, y aulaces; y obligar con  
& patientes, ut in melius ruegas a los suaves, sufridos, y  
proficiant, obsecrare: negli- obedientes, para que sean mejo-  
gentes autem, & contemnen- res: mas con los insolentes, y con  
tes, ut increpet, & corripiat, los desfogados use de correcciones,  
admonemus. y castigos.*

Neque dissimulet peccata<sup>18</sup> *No dissimule culpas de delinquentium: sed mox ut ceperint oriri, radicitus ea, ut pravalet, amputet, memor pericali Heli sacerdotis de Silo.*

Et honestiores quidem, atque<sup>19</sup> *Corrija de palabra una, à otra intelligibiles animos primà, vel secundà admonitione verbis corripiat; improbos autem, & duros, ac superbos, vel inobedientes verberum, vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterum: Percute filium tuum virgà, & liberabis animam ejus à morte.*

ENERO 15. Mayo 16. Septiembre 15.

Meminisse debet semper Ab<sup>20</sup> *Haga memoria el Abad del bas, quod est, meminisse quod officio, y del titulo que tiene, dicitur, & scire, quia cui plus y sepa, que à quien mas se confia, mas se pide.*

Sciatque, quàm difficilem,<sup>21</sup> *Contemple, quan arduo, y & arduam rem suscepit, regere difícil empleo ha tomado, que animas, & multorum fervire es el de regir almas, y servir moribus, & alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus: & à muchos de condiciones diversas, y que ha de llevar à unos secundum uniuscujusque qualitatem, vel intelligentiam, ita se con halagos, à otros con amenazas, y à otros con consejos: y que à todos se debe acomodar, segun el genio, y capacidad de omnibus conformet, & aptet, cada uno, con tal arte, que no ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiatur; solo no padezca detrimento en verum etiam in augmentatione sus ovejas, sino que se goze boni gregis gaudeat, mucho por sus mejoras.*

ENERO 16. Mayo 17. Septiembre 16.

Ante omnia, ne, dissimulans, <sup>22</sup> *Mire ante todo, no ponga todo su desvelo en las cosas terrenas, transitorias, y caducas, dissimulando, ò teniendo en poco la salud de las almas à èl confiadas; mas considere siempre, que se encargò de regirlas, y que ha de dàr razon de todas ellas.*

Et ne causetur fortè de minori substantià, meminere scriptum: *Primum quartte regnum Dei, & justitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis. Et iterum: Nihil deest timentibus eum.*

<sup>23</sup> *Y porque acaso no desanime por la falta de medios, acuerdese que està escrito: Buscad primeramente la gloria, y la ley de Dios; que èl os darà quanto huvieris menester; y en otro lugar: Nada falta à los que temen à Dios.*

Sciatque, quia qui suscipit <sup>24</sup> *Sepa, que el que se encarga de gobierno de almas, debe estar prevenido para dàr cuenta de todas: y este cierto, que el dia de el juicio ha de dàr razon de todas aquellas almas, que estuvieren à su cargo, sin incluir la suya en esse numero.*

Et ita timens semper futu- <sup>25</sup> *Y assi el continuo rezelo de la discusion que el supremo pastor ha de hacer de las reses confiadas, y el temor de las cuentas ajenas le traerà sollicito de las propias: y le obligarà, à que enmiende sus defectos, quando empleare sus avisos, para que se enmienden otros.*

ENERO 17. Mayo 18. Septiembre 17.

*De adhibendis ad consilium fratribus.**De la convocacion de los monjes à consejo.*

## CAPUT III.

**Q**uoties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipse, unde agitur.

Et audiens consilium fratrum, tractet apud se, & quod utilis judicaverit, faciat.

Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia sæpè juniore Dominus revelat quod melius est.

Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subjectione, ut non præsumant procaciter defendere, quod eis visum fuerit: sed magis in Abbatis pendeat arbitrio, ut quod salubrius esse judicaverit, ei cuncti obediant.

Sed sicut discipulis convenit obedire Magistro, ita & ipsum providè & justè condecet cuncta disponere.

In omnibus igitur omnes magistrum sequantur Regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquam.

## CAPITULO III.

**Q**uando en el monasterio ocurrieren cosas graves, convoque el Prelado toda la Comunidad, y propongale lo que se huviere de conferir.

Y oyendo todos los pareceres, piense sobre ello, y execute lo que juzgare mas provechoso.

Hemos dicho que todos sean llamados à consejo, porque al mas joven suele Dios revelar lo mas acertado.

Dèn los monjes su dictamen con humilde sumision, y modestia, y nadie pretenda defender el proprio con desevolutura; pues todo ha de pender de la resolucion del Abad: y deferiran todos à lo que el juzgare convenir.

Mas assi como conviene que los discipulos obedezcan al Maestro; es razon, que con prudencia, y justicia este lo disponga todo.

Sigan todos en quanto ocurra, la direccion de la Regla, y ninguno discrepe de ella sin grave causa.

ENERO 18. Mayo 19. Septiembre 18.

Nullus in monasterio sequatur

Nadie siga en el monasterio

tur cordis proprii voluntatem; nec præsumat quisquam cum Abbate suo protervè intus, aut foris monasterium contendere: quod si præsumperit, regulari disciplinæ subiaceat.

Ipse tamen Abbas cum timore Dei, & observatione Regulæ omnia faciat: sciens se proculdubio de omnibus judiciis suis æquissimo judici Deo rationem redditurum.

Siqua verò minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, sicut scriptum est: *Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis.*

*rio su dictamen proprio, ni tenga asrevimiento de porfiar dentro, ò fuera de èl con su Prelado: y si alguno tuviere tal ofiada, lleve la pena ordinaria.*

*Pero haga todas las cosas el Abad con temor de Dios, y observancia de la Regla: con la certeza de que de todas sus resoluciones ha de dar al juez supremo una cuenta muy exacta.*

*Siento lo que ocurriere de poca monta, consultarà solo à los de mayor juicio, y experiencia; porque dice la Escritura: Aconsejate antes de obrar, y no tendràs luego que sentir.*

ENERO 19. Mayo 20. Septiembre 19.

*Quæ sint instrumenta bonorum operum.*

Quales son los instrumentos de obrar bien.

#### CAPUT IV.

**I**N primis Dominum Deum diligere ex toto corde, totà animà, totà virtute: deinde proximum tanquam seipsum.

Deinde non occidere: Non adulterari: Non facere furtum: Non concupiscere: Non falsum testimonium dicere: Honorare omnes homines: & quod sibi quis fieri non vult, alii non faciat.

Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum: Corpus castigare: Delicias non amplecti: Jejunium amare: Pauperes

#### CAPITULO IV.

**E**L primero es amar à Dios con todo el corazon, con toda el alma, y con todo esfuerço, y despues, al proximo, como à si mismo.

No matar: No fornicar: No hurtar: No codiciar: No decir falso testimonio: Respetar à todos: y no hacer al proximo lo que no quiere para si mismo.

Negarse à si propio, por imitar à Cristo: Castigar su cuerpo: No darse à regalo: Amar el ayuno: Recrear al pobre:

recreare : Nudum vestire : Infirmum visitare : Mortuum sepelire : In tribulatione subvenire : Dolentem consolari.

*bre : Vestir al desnudo : Visitar el enfermo : Sepultar el muerto : Socorrer al tribulado : Consolar al dolorido.*

ENERO 20. Mayo 21. Septiembre 20.

A sæculi actibus se facere alienum : Nihil amoris Christi præponere : Iram non perficere : Iracundiæ tempus non reservare : Dolum in corde non tenere : Pacem falsam non dare : Charitatem non derelinquere : Non jurare , ne forte perjuret : Veritatem ex corde & ore proferre.

Malum pro malo non reddere : Injuriam non facere ; sed & factam patienter sustinere : Inimicos diligere : Maledicentes se non remaledicere , sed magis benedicere : Persecutiones pro justitia sustinere.

*Hacerse extraño à cosas de mundo : No apreciar cosa sobre Cristo : No arrebatarse de colera : No observar ocasion de venganza : No tener dolo en su interior : No dar paz simulada : No abandonar la caridad : No jurar de alguna suerte , porque acaso no perjure : Decir verdad , como siente en su interior.*

*No volver mal por mal : No hacer à otro injuria , y sufrir las propias con paciència : Amar los enemigos : No remaledicir à sus maldicentes , sino bendicirles , y aguantar persecuciones por obrar bien.*

ENERO 21. Mayo 22. Septiembre 21.

Non esse superbum : Non vinolentum : Non multum edacem : Non fomolentum : Non pigrum : Non murmuriosum : Non detractorem.

Spem suam Deo committere : Bonum aliquod in se cum viderit , Deo applicet , non sibi : malum verò semper à se factum sciat , & sibi reputet.

Diem judicii timere : Gehennam expavescere : Vitam æternam

*No ser soberbio : No ser vinoso : No ser gloton : No ser soñoliento : No ser lerdo : No ser murmurioso : No ser maldiciente.*

*Poner toda su esperanza en Dios : No atribuirse à si lo bueno , que en si viere , sino unicamente à Dios : Y creer q̄ lo malo q̄ tuviere , es suyo , y imputarselo à si propio.*

*Temer el dia del juicio : Afustarse del infierno : Desear la*

nam omni concupiscentiâ spirituali desiderare: Mortem quotidie ante oculos suspectâ habere.

Actus vitæ suæ omni hora 9 custodire: In omni loco Deum se respicere pro certo scire: Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, & seniori spirituali patefacere.

Os suum à malo, vel pravo 10 eloquio custodire: Multum loqui non amare: Verba vana, aut risui apta non loqui: Risum multum, aut excussum non amare.

Lectiones sanctas libenter au- 11 dire: Orationi frequenter incumbere: Mala sua præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri, & de ipsis malis de cætero emendare.

ENERO 22. Mayo 23. Septiembre 22.

Desideria carnis non perfi- 12 cere: Voluntatem propriam odire: Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiam si ipse aliter (quod absit) agat, memor illius Dominici præcepti: *Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite.*

Non velle dici sanctum, an- 13 tequam sit; sed prius esse, quò veriùs dicatur: Præcepta Dei factis quotidie adimplere: Castitatem amare: Nullum odire: Zelum, & invidiam non habere: Contentionem non amare: Elationem fugere.

la vida eterna con vivas ansias del alma: Tener siempre la muerte à la vista.

Velar continuamente sobre sus acciones: Saber, que Dios le està viendo en todas partes: Estrellar contra la piedra de Cristo las malas sugestiones, al punto que las sienta el corazon, y revelarlas al padre espiritual.

Guardar su boca de conversaciones malas, y perjudiciales: No ser amigo de hablar mucho: No decir palabras que hagan reir: No amar mucha risa, ni dissoluta.

Oir con gusto las lecciones santas: Tener continua oracion: Confessar à Dios con lagrimas, y gemidos sus pasadas culpas, y en adelante emendarlas.

No satisfacer deseos carnales: Aborrecer la propia voluntad: Obedecer al Abad en todo, aunque haga èl (lo que Dios no permita) lo contrario, acordandose, que dixo Cristo: Haced lo que os dicen, pero no lo que ellos hacen.

No apetecer fama de santo, antes de serlo; sino serlo antes, para que se diga con verdad: Hacer siempre lo que manda Dios: Amar la castidad: No aborrecer à otro: No tener zelos, ni envidia: No desear contienda: Huir la vana gloria.

Seniores venerari: Juniores diligere: In Christi amore pro inimicis orare: Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire: Et de Dei misericordia nunquam desperare.

*Venerar los ancianos: Amar los mozos: Rogar en amor del Señor por los enemigos: Reconciliarse con los enemistados, antes de anochecer, y nunca desesperar de la misericordia de Dios.*

ENERO 23. Mayo 24. Septiembre 23.

Ecce, hæc sunt instrumenta artis spiritualis: quæ cum fuerint à nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, & in die judicii reassignata; illa merces nobis à Domino retribuetur, quam ipse promittit, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus his qui diligunt eum.

*Estos son los instrumentos del arte espiritual: y si obráremos con ellos incessantemente dia, y noche, reservando la paga para el dia de la cuenta; el Señor nos compensará aquella que él prometió, que no es capaz de percibirse con ojos, ni con oídos, ni de adivinarse de pensamientos humanos, y tiene preparada para los que le aman.*

Oficina verò, ubi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterii, & stabilitas in congregatione.

*El taller, en que hemos de trabajar con todo conato, es el recinto del claustro, y la permanencia en el convento.*

ENERO 24. Mayo 25. Septiembre 24.

*De Obedientia.*

De la Obediencia.

CAPUT V.

CAPITULO V.

**P**rimus humilitatis gradus est obedientia sine mora: hæc convenit his, qui nihil sibi Christo charius aliquid existimant.

*EL principal escalon de la humildad es la obediencia veloz, que es propia de aquellos, que sobre todo lo criado aman à Cristo.*

Propter servitium sanctum, quod professi sunt, seu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ

*Pues en atencion al santo servicio que prometieron, por temor de la pena, ò por deseo de la gloria,*

vita æternæ, mox ut aliquid imperatum à Majore fuerit, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciunt in faciendo; de quibus Dominus dicit: *Obaudit tu auris obediuit mihi.* Et item dicit doctoribus: *Qui vos audit, me audit.*

Ergo hi tales relinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deferentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant, imperfectam relinquentes, vicino obedientiæ pede jubentis vocem factis sequuntur: & veluti uno momento prædicta Magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit.

Ideo angustam viam arripunt, unde Dominus ait: *Angusta est via, que ducit ad vitam:* ut non suo arbitrio viventes, vel desiderijs suis, & voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio in cænobijs degentes, Abbatem sibi præesse desiderant.

Sine dubio hi tales illam Domini sententiam imitantur, qua dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.*

*ria, apenas oyen el imperio del Abad, quando obedecen con tanta prontitud, como si se lo mandara el mismo Dios. De estos dixo el: Afsi que percibiò mi voz, me obedeciò: y de los superiores dixo tambien: El que à vosotros obedece, me obedece à mi.*

*Estos pues, arrimando al punto lo que estàn haciendo, abandonando su propia voluntad, levantando la mano de la obra, y dexandola imperfecta, con los ligeros pies de la obediencia acompañan executivos la voz del que les manda: y por la velocidad que dà el temor filial de Dios, coexisten como en un punto, en los que desean caminar al cielo, el imperio del Maestro, y la obra yá executada del discipulo.*

*Por esse motivo emprenden el camino angosto, del qual dixo Cristo: Angosto es el camino que guia al cielo: pues negándose à su libertad, inclinacion, y gusto, y sometiéndose al imperio, y direccion de otro, en el retiro del convento, desean que los gobierne un Prelado.*

*Estos practican sin duda aquel exemplo del Señor, que dixo: No he venido yo à hacer mi gusto, sino el del Padre que me ha embiado.*

ENERO 25. Mayo 26. Septiembre 25.

Sed hæc ipsa obedientia 6 tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si, quod jubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum responso nolentis efficiatur: quia obedientia, quæ Majoribus præbetur, Deo exhibetur. Ipse enim dixit: *Qui vos audit, me audit.*

Et cum bono animo à 7 discipulis præberi oportet: quia *hilarem datorem diligit Deus.*

Nam cum malo animo si obe- 8 dit discipulus, & non solum ore, sed etiam corde si murmuraverit; etsi impleat iurisdictionem, tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis: Et pro tali facto nullam consequitur gratiam; imò murmurantium pœnam incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

*Esta obediencia será grata à Dios, y dulce à los hombres, si lo mandado se executa sin zozobra, sin tardanza, sin tibieza, sin réplica, y sin repulsa; pues la obediencia que se rinde à los Prelados, se rinde à Dios, quien dixo de ellos: A mi mismo me obedece, quien obedece à vosotros.*

*Tambien conviene, que la obediencia del subdito sea espontanea: porque ama Dios al que dà con alegria.*

*Que si obedece violento, si refunfuña, no digo con la lengua, sino en el secreto del alma; aunque haga lo que se le ordena, no será su obediencia meritoria, porque Dios está viendo el interior del que murmura; antes bien incurrirá en la pena de los murmurantes, si con la penitencia no la evita.*

ENERO 26. Mayo 27. Septiembre 26.

De Taciturnitate.

Del Silencio.

CAPUT VI.

**F**aciamus, quod ait Prophe- 1 ta: *Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam obmutui, & humilitatus sum, & filii à bonis.*

Hic

CAPITULO VI.

**H**agamos lo que dice el Sal- 1 mista: *Resolvi observar mi vida, por no pecar có mi lengua: puse à mi boca un candado de silencio: hicime mudo, humilleme, y me privè de hablar, ann de lo bueno.* *Aquí.*

Hic ostendit Propheta, si à 2  
bonis eloquiis interdum prop-  
ter taciturnitatem debet tace-  
ri; quanto magis à malis verbis  
propter pœnam peccati debet  
cessari?

Ergo quanvis de bonis & 3  
sanctis ad ædificationem elo-  
quiis, perfectis discipulis prop-  
ter taciturnitatis gravitatem ra-  
ra loquendi concedatur licentia,  
quia scriptum est: *In multilo-  
quio non effugies peccatum.* Et  
alibi: *Mors & vita in manibus  
lingue.*

Nam loqui, & docere magi- 4  
gistrum cõdecet: tacere, & au-  
dire discipulo cõvenit.

Et ideo, si quæ requirenda 5  
sunt à Priore, cum omni hu-  
militate & subjectione reveren-  
tiæ requirantur.

Scurrilitates verò, vel verba 6  
otiosa, & risum moventia, æter-  
nà clausurà in omnibus locis  
damnamus; & ad tale eloquium  
discipulum aperire os non per-  
mittimus.

*Aqui nos dice el Profeta, que  
si tal vez debemos abstenernos  
de conversaciones santas en aten-  
cion al silencio; quanto mas de-  
bemos escusar las viciosas por  
evadir la pena del pecado?*

*Rara vez, pues, se permiti-  
ta à los perfectos discipulos ha-  
blar, aun de cosas santas, y edi-  
ficativas por respeto al silencio,  
porque està escrito: No escapará  
de algun deslíz el que habla  
mucho: y en otra parte: En el  
uso de la lengua estàn la muerte,  
y la vida.*

*Al maestro toca hablar, y  
instruir; y al discipulo conviene  
oir, y callar.*

*Si se huviere de tratar algo  
con el Superior, habl se con ta-  
da sumision, modestia, y hu-  
mildad.*

*Las bufonadas, palabras inuti-  
les, y burlescas, que causan risa,  
quedan condenadas en todo lugar  
à eterna clausura; y no permiti-  
mos, que para tales chocarrerias  
abra el religioso la boca.*

ENERO 27. Mayo 28. Septiembre 27.

*De Humilitate.*

*De la Humildad.*

CAPUT VII.

**C**Lamat nobis divina Scrip- 1  
tura fratres, dicens: *Om-  
nis qui se exaltat, humiliabi-  
tur; & qui se humiliat, exalta-  
bitur.*

Cum

CAPITULO VII.

**L**A divina Escritura herma-  
nos, nos dice à voces: Todo  
hombre, que se exalta, será aba-  
tido; y el que se abate à sí, será  
exaltado.

En

Cum hæc ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiæ, quod se cavere Propheta indicat, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: nec ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.*

Sed quid? *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ab lactatus est super matre sua; ita retribues in animam meam.*

Unde fratres, si summæ humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cœlestem, ad quam præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire; actibus nostris ascendentibus, scala illa erigenda est, quæ in somno Jacob apparuit, per quam ei descendentes, & ascendentes Angeli monstrantur.

Non aliud sine dubio descendus ille, & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere.

gulæ, & præceptis seniorum  
suorum contemptor repertus  
fuerit, hic secundum Domini  
nostri præceptum, admonea-  
tur semel & secundo secretè à  
senioribus suis : si non emen-  
daverit, objurgetur publicè,  
coram omnibus.

Si verò neque sic correxerit; 2  
si intelligit, qualis pœna sit, ex-  
communicationi subjaceat : si

CAPITULO XXIII.

**S**I alguno se ballare contu-  
máz, rebelde, altivo, mur-  
murante, ò contrario en algo à  
la santa Regla, ò desprecia-  
dor de los mandatos de sus su-  
periores, sea amonestado de  
ellos primera, y segunda  
vez, segun el precepto de el  
Señor : y si no se enmen-  
dare, sea reprendido en pre-  
sencia de todos los monges pu-  
blicamente.

Si no se corrige, y tiene alcance  
para entender lo grave de la ex-  
comunión, sea privado del trata-

autem improbus est, vindicta corporali subdatur.

comun: y si es insolente, desele castigo corporal.

MARZO 1. Julio 1. Oetubre 31.

Qualis debeat esse modus excommunicationis.

Què tal debe fer el modo de castigar.

## CAPUT XXIV.

SECUNDUM modum culpæ, I EXCOMMUNICATIONIS, vel disciplinæ debet extendi mensura: qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio.

Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, tantum à mensa participatione privetur: privati autem à mensa confortio ista erit ratio, ut in Oratorio psalmum aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet usque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat: ut si, verbi gratia, fratres reficiunt sexta hora; ille frater nona: si fratres nona, ille vespertina, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

## CAPITULO XXIV.

SEGUN la gravedad de la culpa debe extenderse el castigo, y penitencia: cuya proporcion ha de pender de la prudencia del Abad.

Si alguno se hallare culpado en cosas leves, sea excluido de la mesa comun: y mientras está privado, no cante antífona, ni salmo, ni diga leccion en publico, hasta que aya satisfecho. Tome à solas su alimento, despues que la comunidad aya comido: de suerte, que si el convento comiere (por exemplo) à las doce, coma el à las tres de la tarde: si los monges comieren à las tres, coma el al ponerse el sol, hasta que por satisfaccion competente consiga que se le perdone.

Marzo 2. Julio 2. Noviembre 1.

De gravioribus culpis.

De las culpas graves.

## CAPUT XXV.

IS frater, qui gravioris culpæ noxâ tenetur, suspendatur à mensa simul & ab Oratorio.

Nullus

## CAPITULO XXV.

EL monge reo de culpa grave esté suspenso de la mesa comun, y del Oratorio.

Nin:

Nullus ei fratrum in ullo jungatur consortio, neque in colloquio.

Solus sit ad opus sibi injunctum, persistens in penitentia luctu, sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis traditum hujusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.

Cibi autem refectioem solus percipiat, mensura, vel hora, qua praeviderit ei Abbas competere. Nec a quoquam benedicatur transeunte, nec cibus qui ei datur

*Ninguno se lieguè à èl, ni para trato social, ni para conversacion.*

*Èstè solo en la labor que le dieren, perseverando en lagrimas, y penitencia, y advertido de aquel terrible decreto del Apostol, que ordena, que semejante lugeto sea librado al enemigo comun, para que affixa su cuerpo, y se salve su alma el dia del Señor.*

*Tome solo su alimento en la cantidad, y à la hora que dispusiere el Prelado. Nadie le salute al encontrarle, ni eche bendicion al alimento que se le diere.*

Marzo 3. Julio 3. Noviembre 2.

*De iis, qui sine iussione Abbatibus junguntur excommunicatis.*

De los que sin licencia del Abad tratan con los penitenciados.

## CAPUT XXVI.

## CAPITULO XXVI.

**S**I quis frater praesumpserit sine iussione Abbatis fratri excommunicato quolibet modo se jungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem fortiatu excommunicationis vindictam.

**S**I alguno tuviere ofadìa de tratar en qualquier manera con el que està separado, de hablar con èl, ò embiarle algun aviso, sin licencia de el Abad, incurra en otra tal pena de excomunion.

MARZO 4. Julio 4. Noviembre 3:

*Qualiter debeat esse sollicitus Abbas circa excommunicatos.*

De la sollicitud que el Abad debe tener con los penitenciados.

## CAPUT XXVII.

## CAPITULO XXVII.

**O**Mni sollicitudine curam i gerat Abbas circa delinquentes fratres; quia non est opus sanis medicus, sed malè habentibus.

Et ideo uti debet omni modo, ut sapiens medicus, immittere quasi occultos consolatores, sympætatas, idest, seniores sapientes fratres, qui quasi secreta consolentur fratrem fluctuantem, & provocent eum ad humilitatis satisfactionem, & consolentur eum, ne abundantiori tristitiâ absorbeat; sed, sicut ait Apostolus, confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus.

Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Abbas circa delinquentes fratres, & omni sagacitate & industria curare, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat.

Noverit enim se infirmorum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem: & metuat Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus: *Quod crassum videbatis,*

*assu-*

**C**Uide el Abad con toda sollicitud de los religiosos delinquentes; pues non necesitan medico los que tienen salud sino los que to passan mal.

Y asi debe usar con ellos de toda industria, como medico advertido, y introducirles, como de secreto, y para consuelo suyo, unos persuasores bien vistos, sujetos sagaces, y juiciosos, que como à hurtadillas consuelen al hermano que fluctua, lo atraygan à penitencia, y lo alienten de modo, que no le abogue el mucho tedio, tratandolo, como dice san Pablo, con toda caridad, y rogando todos por el al superior.

Debe, pues, el Abad poner sumo cuidado sobre los monjes delinquentes, y solicitar con toda sagacidad, y maña, que ninguna res de su rebaño se pierda.

Sepa, que tiene sobre si el cuidado de almas enfermizas, y no tyranico pod rio sobre las sanas: y tema la amenaza del Profeta, por cuya boca dixo Dios: Defechais las reses flacas, y

G

10-

*assumebatis, & quod debile erat, projiciebatis.*

Et pastoris boni pinum imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus, abiit unam ovem, quæ erraverat, quærere: cujus infirmitati in tantum compassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur imponere, & sic reportare ad gregem.

tomais para vosotros las que veis gordas.

*Imite el piadoso exemplo de buen pastor, que dexando las noventa y nueve ovejas en la sierra, baxò en busca de una sola, que andaba perdida: de cuya flaqueza se lastimò en tanto extremo, que se dignò tomarla à hombro, y conducirla acuestas al rebaño.*

MARZO 5. Julio 5. Noviembre 4.

*De iis qui sapius correcti non emendatur.*

De los que despues de castigados no mejoran.

### CAPUT XXVIII.

### CAPITULO XXVIII.

**S**I quis frater frequenter correctus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit; acrior ei accedat correctio, idest, ut verberum vindicta in eum procedat.

Quod si nec ita se correxerit, aut forte (quod absit) in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua; tunc Abbas faciat, quod sapiens medicus.

Si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum divinarum, si ad ultimum unctionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & jam si viderit nihil suam prevalere industriam, adhibeat etiam, quod majus est,

**S**I algun monge varias veces reprehendido, y aun separado de todos por qualquiera culpa, no se corrige; dese le mas grave pena, procediendo contra el hasta la disciplina.

Si no mejora, ò si (lo que Dios no permita) arrogante, y obstinado quisiere defender su becho; execute el Abad lo que hace un medico sabio.

Si ya le aplicò fomentos, y lenitivos de amonestaciones, exortos, y medicamentos de libros sagrados, y si ultimamente llegó al cauterio de la reclusion, y sajaduras de disciplinas, y despues de todo vè, que es infructuosa su industria; apliquele tambien el mas eficaz

est, suam, & omnium fratrum pro eo orationem: ut Dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum fratrem.

Quod si nec isto modo sanatus fuerit; tunc jam utatur Abbas ferro abscissionis, ut ait Apostolus: *Auferte malum ex vobis: & iterum: Infidelis si discedit, discedat: ne una ovis morbida omnem gregem contaminet.*

*remedio, que es el de su oracion, y la de toda la comunidad: à fin de que el Señor, que lo puede todo, obre la salud en aquel hermano enfermo.*

4 *Y si de esse modo no sanare; use ya entonces del cuchillo, como dice san Pablo: Echad al malo de vuestra compañía: y otra vez: Si el infiel marchare, dexadle ir: porque una res contagiosa no a peste toda la grey.*

MARZO 6. Julio 6. Noviembre 5.

*Si debeant iterum recipi fratres exuntes de monasterio.*

Si deben ser recibidos los que salen del monasterio.

## CAPUT XXIX.

## CAPITULO XXIX.

**F**rater, qui proprio vitio egreditur, aut projicitur de monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii, pro quo egressus est: & sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc ejus humilitas comprobetur.

Quod si denuò exierit, ut que tertio recipiatur: jam postea sciat omnem sibi reversionis aditum denegari.

**S**i quisiere volver al monasterio, el que es arrojado de él, ò se ausenta por su gusto, prometa, antes de ser recibido, someterse à la pena correspondiente à la culpa, que le ocasionò su ida: y ponganle en el lugar inferior, para que assi se compruebe su humildad.

2 *Si marchare otra vez, lo recibiràn hasta la tercera: y si en adelante saliere, sepa, que para la vuelta tendrà la puerta cerrada.*

MARZO 7. Julio 7. Noviembre 6.

*De pueris minori ætate qualiter corripiantur.* Còmo se han de castigar los niños.

## CAPUT XXX.

## CAPITULO XXX.

**O**Mnis ætas vel intellectus proprias debet habere mensuras: ideoque quoties pueri, vel adolescentiores ætate, aut qui minus intelligere possunt, quanta pœna sit excommunicationis, hi tales, dum delinquent, aut jejuniis nimis affligantur, aut acerbis verbis coerceantur, ut sanentur.

**T**Oda edad, y entendimiento debe tener castigo proporcionado: y assi quando delinquieren los niños, y muchachos, y los que no tienen suficiente alcance para discernir lo grave que es la pena de excomunion regular, reprimanlos con rigorosos ayunos, y astixanlos con acres disciplinas, para que sean buenos.

MARZO 8. Julio 8. Noviembre 7.

*De Cellerario monasterii.* Del Mayordomo del monasterio.

## CAPUT XXXI.

## CAPITULO XXXI.

**C**ellerarius monasterii eligatur de Congregatione sapiens, maturus moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non injuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater.

**E**Lijase para Mayordomo del Convento un sugeto de la comunidad, que sea advertido, maduro, y parco, no gloton, altivo, revoltoso, desabrido, desidiaoso, ni prodigo, sino temeroso de Dios, que sea como padre de la comunidad.

Curam gerat de omnibus: sine jussione Abbatis nihil faciat: quæ jubentur custodiat: fratres non contristet.

**T**enga cuidado de todo: no haga cosa sin orden de su Prelado. Guarde lo que se le mandare, y no de que sentir à algun monge.

Si quis autem frater ab eo for-

**S**i alguno acaso pidiere lo que

forte aliquid irrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti denegeret.

Animam suam custodiat, memor semper illius Apostolici præcepti, quia *qui bene ministraverit, gradum bonum sibi acquirat.*

Infirmorum, infantium, hospitalium, pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat; sciens sine dubio, quia pro his omnibus in die iudicii rationem redditurus est.

Omnia vasa monasterii, cunctamque substantiam, ac si altaris vasa sacrata conspiciat.

Nihil ducat negligendum: neque avaritiæ studeat, nec prodigus sit, aut extirpator substantiæ monasterii: sed omnia mensuram faciat, & secundum iunctionem Abbatis.

que no debe, no lo desprecie, ni contriste: mas nieguele con humildad, y buenas razones lo que pide injustamente.

4 Cuide de su alma, acordandose de lo que dice san Pablo, que el que cumple bien con su oficio, gana un premio ventajoso.

5 Tenga sumo cuidado de los enfermos, de los niños, huérfanos, y pobres; y esté cierto, que de todos ellos le han de pedir cuenta el dia de el juicio.

6 Mire todos los muebles, y hacienda del monasterio, como si fueren vasos sagrados del altar.

7 No tenga en poco cosa alguna: no sea avaro, ni prodigo, è dissipador de los bienes del convento: gobiérnelo todo con discrecion, y segun los mandatos del Abad.

MARZO 9. Julio 9. Noviembre 8.

Humilitatem ante omnia habeat: & cui substantia non est, quæ tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: *Sermo bonus super datum optimum.*

Omnia, quæ ei injunxerit Abbas, ipse habeat sub cura sua; à quibus eum prohibuerit, non presumat.

Fratribus constitutam annum nam sine aliquo typho, vel

8 Sobre todo sea humilde, y responda con afabilidad al que pide lo que no tiene, porque dice la Escritura: Mas grata es una buena respuesta, que la mas preciosa dativa.

9 Cuide de todo lo que el Abad le encargare, y no se entrometa en lo que le prohibiere.

10 Dè à los monges sin enfado, ni dilacion lo que se les manda dar,

mora offerat, ut non scandalizetur: memor divini eloquii, quid mereatur, qui scandalizaverit unum de pusillis.

Si Congregatio major fuerit, solatia ei dentur, à quibus adjutus & ipse æquo animo impleat officium sibi commissum.

Horis competentibus dentur quæ danda sunt, & petantur, quæ petenda sunt, ut nemo perturbetur, neque contristetur in domo Dei.

para que no haya escándalo alguno: teniendo presente la pena que impone el Evangelio al que escandalizare algun pupilo.

Si el Convento fuere numeroso, le darán ayudantes, para que cumpla con gusto el oficio de que está encargado.

Dése à horas competentes lo que se ha de dar, y pidase lo que se ha de pedir, para que nadie se altere, ni contriste en la casa de Dios.

MARZO 10. Julio 10. Noviembre 9.

De ferramentis, vel rebus monasterii.

De las herramientas, y muebles del convento.

CAPUT XXXII.

Substantia monasterii in ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus provideat Abbas fratres, de quorum vita, & moribus, securus sit, & eis singula, ut utile judicaverit, consignet custodienda, atque recolligenda.

Ex quibus Abbas brevem teneat: ut dum sibi in ipsa assignata fratres vicissim succedunt, sciat, quid dat, aut quid recipit.

Si quis autem fordidè, aut negligenter res monasterii tractaverit, corripatur: si non emendaverit, disciplina regulari subiaceat.

CAPITULO XXXII.

Provea el Abad religiosos, de cuya vida, y costumbres este assegurado, que cuiden de quanto el monasterio tuviere en herramientas, ropas, y qualesquiera muebles, y entregueselos por menor, como mas bien le parezca, para que los recojan, y guarden.

Tenga registro, ò lista de todo: para que quando los monjes se suceden en su custodia, sepa lo que cada uno recibe, y lo que entrega.

Si alguno tratare las cosas de la comunidad con desaseo, ò negligencia, sea reprendido; y si no se enmienda, dentle el castigo ordinario.

MAR.

MARZO II. Julio II. Noviembre 10.

*Si quid debeant monachi proprium habere.*

Si los monjes pueden tener proprio.

## CAPUT XXXIII.

## CAPITULO XXXIII.

**P**Ræcipuè hoc vitium radicitus amputandum est de monasterio, ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate.

Omnia verò necessaria à Patre monasterii, sperare; nec quidquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permisserit.

Omniaque omnibus sint communia, ut scriptum est: nec quisquam suum aliquid dicat, aut præsumat.

Quod si quisquam hoc nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admoneatur semel & iterum: si non emendaverit, correptioni subjaceat.

**E**L vicio de propiedad se ha de cortar de raiz en el monasterio, para que nadie tenga aliento para dar, ò recibir alguna cosa sin orden, ò permiso del Superior, ni para apropiarse algo, de ninguna manera, libro, papel, pluma, ni nada: porque no es justo que tengan propiedad los monjes, ni aun en sus propios cuerpos, y voluntades.

Esperen recibir del Abad quanto hubieren menester; sin que puedan tener cosa alguna, sino las que el Abad les dà, ò permite.

Todo ha de ser comun de todos, como dice la Escritura: y nadie llame suya, ni piense tener como tal alguna cosa.

Si se averiguare, que alguno se complace en este pessimo vicio de propiedad, sea amonestado primera, y segunda vez: si no se corrige, sea castigado con rigor.

MARZO 12. Julio 12. Noviembre 11.

*Si omnes equaliter debeant necessaria accipere.* Si deben recibir todos igualmente.

## CAPUT XXXIV.

## CAPITULO XXXIV.

**S**icut scriptum est: *Dividatur singulis, prout cuique opus erat*: ubi non dicimus, ut personarum (quod absit) acceptio sit, sed infirmitatum consideratio.

Ubi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contristetur; qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia: & ita omnia membra erunt in pace.

Ante omnia, ne murmuracionis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo, vel significatione appareat: quod si deprehensus fuerit quis, districtiori disciplina subdatur.

**H**agase como está escrito: *Socorriase à los fieles à proporcion de sus necesidades: y no por esso decimos, que haya (ni Dios lo permita) accpcion de personas, sino atencion à n.ferias.*

*Y assi, el que necessita menos, dà gracias à Dios, y no se contriste, por lo que à otro dan mà: y el que necessita mas, humillese por su miseria, y no se enorgia porque con el usan de misericordia: y assi todas viviran pacificos.*

*Cuidese sobre todo, de que por ningun motivo se barrunte la peste de murmuracion, ni por palabra, ni por algun ademàn: y si se averiguare, que alguno delinque en esto, sea muy severamente castigado.*

MARZO 13. Julio 13. Noviembre. 12.

*De Septimanariis coquina.*

De los Semaneros de cocina.

## CAPUT XXXV.

## CAPITULO XXXV.

**F**ratres sic sibi invicem serviant, ut nullus excusetur à coquina officio, nisi aut ægritudine, aut in causa gravis utilita.

**S**irvanse unos à otros los monjes, de manera, que ninguno se excuse de servir en la cocina, sino por enfermedad, ò por

litatis quis occupatus fuerit; quia exinde major merces & charitas acquiritur.

Imbecillibus autem procurantur folatia, ut non cum tristitia hoc faciant: sed habeant omnes folatia secundum modum Congregationis, aut positionem loci.

Si major Congregatio fuerit, Cellerarius excusetur à coquina, vel si qui, ut diximus, majoribus utilitatibus occupantur: ceteri verò sibi sub charitate invicem serviant.

Egressurus de septimana, sabato munditias faciat; lintheamina, cum quibus sibi fratres manus, aut pedes tergunt, lavet: pedes verò tam ipse, qui egreditur, quam ille, qui intraturus est, omnibus lavent.

Vasa ministerii sui munda, & sana Cellerario reconfignet: qui Cellerarius item intranti confignet, ut sciat, quid dat, aut quid recipit.

*estar ocupado en cosas de importancia; que assi se adquiere mayor merced, y caridad.*

*Dense ayudantes à los debiles, para que sirvan sin tedio: y dense tambien à todos, segun fuere el numero de monges, y postura de lugares.*

*Si la Comunidad fuere numerosa, excusarán al Mayordomo del oficio de cocina, y à los que como diximos se ocupan en cosas de mayor utilidad: todos los demás han de servirse mutuamente con amor.*

*El que aya de salir de semana, limpiará el sabado su oficina, lavarà los lienzos, con que los monges enjugan pies, y manos: y assi el que ha de salir, como el que le ha de suceder, lavaràn los pies à la Comunidad.*

*Entregue el que sale al Mayordomo sanas, y limpias las vasijas de su ministerio; y este entregue las al que entra, enterado de lo que recibe, y de lo que dà.*

MARZO 14. Julio 14. Noviembre 13.

Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipiant super statutam annonam singulos biberes, & panem, ut hora refectionis sine murmuratione, & gravi labore serviant fratribus suis: in diebus autem solemnibus usque ad missas festineant.

11.

*Una hora antes de comer tomaràn los semaneros un trago de vino con pan, à mas de la porcion ordinaria, porque al tiempo de comer sirvan à sus hermanos sin disgusto, y sin molestia: pero en los dias festivos aguantaràn hasta despues de Missa.*

H

Al

Intrantes & excuntes heb-  
demadarii in Oratorio, mox  
Matutinis finitis Dominica,  
omnium genibus provolvantur,  
postulantes pro se orari.

Egrediens autem de septimà-  
na dicat hunc versum: *Benedi-  
ctus es Domine Deus, qui adju-  
visti me, & consolatus es me:*  
quo dicto tertio, accipiat bene-  
dictionem egrediens.

Subsequatur ingrediens, &  
dicat: *Deus in adjutorium meum  
intende, Domine ad adjuvandum  
me festina:* & hoc idem tertio  
repetatur ab omnibus, & ac-  
cepta benedictione, ingredia-  
tur.

*Al concluirse las Laudes de el  
Domingo, los servidores entran-  
tes, y salientes se postraràn en la  
Iglesia à los pies de todos, pidién-  
doles, que rueguen à Dios por  
ellos.*

*El que concluye la semana  
dirà este verso: Benedictus es  
Domine Deus, qui adjuvisti  
me, & consolatus es me: y  
repetido tres veces, reciba la  
bendicion.*

*Sigase el que entra, y diga:  
Deus in adjutorium meum in-  
tende, Domine ad adjuvan-  
dum me festina: y alternan-  
do con el coro hasta la tercera  
vez, y recibida la bendicion, en-  
tre à servir.*

MARZO 15. Julio 15. Noviembre 14.

*De infirmis fratribus.*

De los monges enfermos.

CAPUT XXXVI.

CAPITULO XXXVI.

**I**Nfirmorum cura ante omnia, 1  
& super omnia adhibenda  
est, ut sicut reverà Christo,  
ita eis serviat; quia ipse  
dixit: *Infirmus fui, & visi-  
tastis me. Et: Quod fecistis uni  
de his minimis meis, mihi fe-  
cistis.*

Sed & ipsi infirmi consi- 2  
derent in honorem Dei sibi  
serviri, & non superfluitate  
sua contristent fratres suos  
servientes sibi: qui tamen pa-  
tiantur.

**A**Nte todo se ha de cuidar de  
los enfermos, con tanto  
descelo, como si sirviessen à la  
persona de Cristo, pues èl dixo:  
Enfermo estuve, y me visitasteis:  
Y el bien que hicisteis à un  
parvulo mio, haced cuenta que  
conmigo lo aveis hecho.

*Pero consideren los enfermos,  
que se les sirve en obsequio de  
Dios, y no contristen con sus ni-  
miedades à sus hermanos sirvier-  
tes: si bien debèn estos ser so-  
bre-*

tienter portandi sunt, quia de talibus copiosior merces acquiritur.

Ergo cura maxima sit Ab-  
bati, ne aliquam negligentiam  
patiantur.

Quibus fratribus infirmis sit  
cella super se deputata, & ser-  
vitor timens Deum, & dili-  
gens, ac sollicitus.

Balneorum usus infirmis,  
quoties expedit, offeratur: fa-  
nis autem, & maximè juveni-  
bus tradius concedatur.

Sed & carniam esus infir-  
mis, omninòque debilibus pro  
reparatione concedatur: at  
ubi meliorati fuerint, à car-  
nibus more solito omnes absti-  
neant.

Curam autem maximam ha-  
beat Abbas, ne à Cellerariis,  
aut servitoribus negligantur  
infirmi; quia ad ipsum respicit,  
quicquid à discipulis de-  
linquitur.

*brellevados con paciencia, por-  
que assi se adquiere mayor co-  
rona.*

*Tenga el Abad sumo cuida-  
do, de que nada padezcan por  
descuido.*

*Haya para los monges enfer-  
mos un aposento separado, y un  
enfermero timorato, diligente,  
y sollicito.*

*Siempre que convenga, se ofre-  
cerán baños à los enfermos: pero  
concedanse rara vez à los sanos,  
y en especial si son mozos.*

*De se alimento de carne à los  
enfermos, y à los muy debilita-  
dos para que se recobren: pero  
despues de su convalescencia, se  
abstendrán todos de ella, como  
se acostumbra.*

*Tenga sumo cuidado el Abad,  
de que los Mayordomos, y sir-  
vientes no descuiden de los en-  
fermos; porque à él se han de  
imputar las faltas de sus mi-  
nistros.*

MARZO 16. Julio 16. Noviembre 15.

*De senibus, vel infantibus,*

De los ancianos, y niños.

CAPUT XXXVII.

CAPITULO XXXVII.

**L**icet ipsa natura humana  
trahatur ad misericordiam  
in his ætatibus senum videlicet  
& infantum, tamen & Regula  
auctoritas eis prospiciat.

Consideretur semper in eis

**A**unque naturalmente mue-  
ven à piedad las dos eda-  
des de ancianos, y de niños,  
tambien la autoridad de la Re-  
gla debe protegerlos.

Tengase pues siempre à la

imbecillitas : & nullatenus  
eis districtio Regulæ teneatur  
in alimentis , sed sit in eis pia  
consideratio , & præveniant ho-  
ras canonicas.

*vista su debilidad : y en punta  
de alimentos no se observe con  
ellos el rigor de la Regla, sino una  
moderacion piadosa , y anticipen  
las horas que señala.*

MARZO 17. Julio 17. Noviembre 16.

*Dè hebdomadario Lectore.*

Del Lector semanalero:

CAPUT XXXVIII.

CAPITULO XXXVIII.

**M**ensis fratrum edentium 1  
lectio deesse non de-  
bet.

**M**ientras comen los monges  
à la mesa, no debe faltar  
lectura.

Nec fortuito casu qui arri- 2  
perit codicem , legere audeat  
ibi; sed lecturus totà hebdoma-  
dà , Dominicà ingrediatur.

No se meta à leer allí , el que  
casualmente cogiere el libro; mas  
comience en la Dominica, el que  
buviere de leer toda la semana.

Qui ingrediens, post missas, 3  
& communionem petat ab om-  
nibus pro se orari , ut avertat  
ab eo Deus spiritum elationis;  
& dicatur hic Versus in Orato-  
rio tertio ab omnibus , ipso ta-  
men incipiente : *Domine labia  
mea aperies , & os meum annun-  
ciabit laudem tuam: & sic accep-  
tâ benedictione , ingrediatur ad  
legendum.*

Este pedirà à todos los mon-  
ges despues de la missa , y comu-  
nion , que rueguen à Dios por èl,  
para que le desvòe del espíritu  
de vanidad; y diràse conventual-  
mente en el coro, comenzando èl,  
este verso : *Domine labia mea  
aperies, & os meum annunciabit  
laudem tuam : y recibida la ben-  
dicion assi , entrará à servir el  
oficio de Lector.*

Summumque fiat silentium 4  
ad mensam , ut nullius musita-  
tio vel vox , nisi solius legentis  
ibi audiatur.

Haya mientras se come,  
un silencio tan exacto, que no se  
perciba allí voz , ni susurro , si-  
no de solo el que lee.

Quæ verò necessaria sunt 5  
comedentibus , & bibentibus,  
sic sibi invicem ministrent fra-  
tres , ut nullus indigeat petere  
aliquid : si quid tamen opus  
fue-

Ministren los servidores mu-  
tuamente à los que están comien-  
do, y bebiendo , quanto sea neces-  
sario , con tal diligencia , que na-  
die necesite pedir cosa : y si algo  
se

fuert , fonitū cuiuscumque signi potiùs petatur , quàm vocc.

Nec præsumat ibi aliquis de ipsa lectione , aut aliunde quicquam requirere , ne detur occasio : nisi fortè Prior voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere.

Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum , priusquam incipiat legere , propter communionem sanctam , & nè fortè grave sit ei jejuniū sustinere : postea autem cum coquina hebdomadariis , & seruatoribus reficiat.

Fratres autem non per ordinem legant , aut cantent , sed qui ædificent audientes.

*echare menos , pidase con un golpecito , ò por seña , y no de palabra.*

*Nadie se atreva à questionar alli sobre la lectura , ni sobre otro punto , porque no aya motivo de violar el silencio : menos que quiera decir brevemente alguna cosa de edificacion el Prelado.*

*El Lector semanero tomará una sopa en vino , antes que comience à leer , así por respeto à la santa comunión , como porque no le sea muy molesto el aguantar tanto el ayuno ; y comerá despues con los seruidores de refectorio.*

*No lean , ni canten por turno los monges , sino los que puedan edificar à las oyentes.*

MARZO 18. Julio 18. Noviembre 17.

*De mensura ciborum.*

*De la tassa de comida.*

CAPUT XXXIX.

CAPITULO XXXIX.

**S**ufficere credimus ad refectio-  
nem quotidianam tam sextæ , quàm nonæ omnibus mensibus cocta duo pulmentaria , propter diversorum infirmitates : ut fortè qui ex uno non poterit edere , ex alio reficiatur.

Ergo duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant : & si fuerint unde poma , aut nascencia leguminum , addatur & tertium.

Pa-

**H**acemos juicio , que para pasto diario , así en dias esuriales , como en libres de ayuno , bastan à cada uno dos viandas cocidas en todo tiempo , para que , el que acaso no podrá comer de la una , se alimente de la otra.

Bastan pues dos viandas cocidas à los monges : y se añadirá tercera , si alli buuiere frutas , legumbres verdes , u bortaliza.

Bast

Panis libra una propensa 3  
sufficiat in die, sive una sit re-  
fectio, sive prandii & cœnæ:  
quòd si cœnaturi sunt, de ea-  
dem librâ tertia pars à Celle-  
rario reservetur, reddenda cœ-  
naturis.

Quòd si labor factus fuerit 4  
major, in arbitrio, & pote-  
state Abbatis erit, si expediat  
aliquid augere, remotâ præ-  
omnibus crapulâ, & ut nun-  
quam surripiat monacho in-  
digeries: quia nihil sic contra-  
rium est omni christiano, quo-  
modo crapulâ, sicut ait Do-  
minus noster: *Videte, ne gra-  
ventur corda vestra in crapulâ,  
& ebrietate.*

Pueris verò minori ætate non 5  
eadem fervetur quantitas, sed  
minor quàm majoribus, servatâ  
in omnibus parcitate.

Carnium verò quadrupedum 6  
omnino ab omnibus ablineat-  
ur cœnatio, præter omnino de-  
biles & ægrotos.

*Baste tambien para cada  
dia una libra larga de pan: y  
si huvieren de cenar, reser-  
vará el Mayordomo à cada  
uno la tercera parte de la li-  
bra, para darsela quando se  
cene.*

*Si tuvieren trabajo extraor-  
dinario, podrá el Abad añadir  
algo mas, si juzgare convenir,  
evitando ante todo qualquier ex-  
cesso, para que nunca el reli-  
gioso tenga ahito: pues no hay  
cosa mas agena de un cris-  
tiano que la replecion, co-  
mo dixo nuestro Señor: Mi-  
rad no se ofusque vuestro jui-  
cio con la glotonerìa, y em-  
briaguèz.*

*No se dè à los niños la misma  
cantidad sino menor que à los  
hombres hechos, guardando en  
todo templanza.*

*Abstenganse todos de car-  
nes de quadrupedos, à excep-  
cion de los muy débiles, y en-  
fermos.*

MARZO 19. Julio 19. Noviembre 18.

*De mensura potus.*

*De la tassa de bebida.*

CAPUT XL.

CAPITULO XL.

**U**Nusquisque proprium ha-  
bet donum ex Deo, alius  
sic, alius vero sic: & ideo cum  
aliqua scrupulositate à nobis  
men-

**C**ada persona recibe de Dios  
especial gracia, y todos  
de diferente manera: por lo  
qual no sin recelo vamos à tas-  
sar

mensura victus aliorum constituitur.

Tamen infirmorum contu-  
tentes imbecillitatem, credimus hēminam vini per singulos sufficere per diem: quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedem ficiant.

Quod si aut loci necessitas, vel labor, aut ardor æstatis amplius poposcerit, in arbitrio Prioris consistat, considerans in omnibus, ne subrepat fatietas, aut ebrietas.

Licet legamus vinum omnino monachorum non esse; sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, ut non usque ad fatietatem bibamus, sed parcius: quia vinum apostatare facit etiam sapientes.

Ubi autem loci necessitas exposcit, ut nec supra scripta mensura inveniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent: hoc ante omnia admonentes, ut absque murmurationibus sint.

far para otros la cantidad de bebida.

2 Mas contemplando la flaqueza de los pusilanimes, hacemos juicio, que cada uno tendrá cada dia bastante con un quartillo de vino: pero sepan los que se alentaren à abstenerse de él, que recibirán su correspondiente galardón.

3 Si el desemple del país, el trabajo extraordinario, ò el calor del estío pidiere que se dé mas, en arbitrio del abad estará darlo, cuidando que se evite todo excessõ.

4 Aunque nos dicen los libros, que el vino es totalmente ageno de religiosos; como no se puede persuadir su total abstinencia en nuestros tiempos, consentamos si quiera que se beba, pero no en demasia sino con templanza: por que aun à los muy advertidos turba el vino la cabeza.

5 Si la miseria de el país precisare à que no se encuentre la tassa referida, sino mucho menos, y acaso nada, den gracias à Dios, y no murmuren los que viven allí: por lo que les encargamos ante todo, que no haya en ellos murmuracion.

MARZO 20. Julio 20. Noviembre 19.

*Quibus horis oporteat reficere fratres.*

A què horas conviene coman los monges.

## CAPUT XLI.

## CAPITULO XLI.

**A** Sancto Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant fratres, & ad seram cœnent.

A Pentecoste autem tota æstate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas ætatis non perturbat, quartâ, & sextâ feriâ jejunent usque ad nonam: reliquis verò diebus ad sextam prandeant.

Quæ prandii sexta, si opera in agris habuerint, aut ætatis fervor nimius fuerit, continuanda erit, & in Abbatis fit providentia.

Et sic omnia temperet, atque disponat, qualiter & animæ salventur, & quod faciunt fratres, absque justa murmuratione faciant.

Ab Idibus autem Septembris, usque ad caput Quadragesimæ ad nonam semper reficiant fratres: in Quadragesimâ verò usque ad Pascha, ad Vesperam reficiant.

Ipsa tamen Vespera sic agatur ut lumine lucernæ non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur.

**D**esde Resurreccion hasta Pentecostes comeràn los monges à las doce, y cenarán à la tarde.

Desde Pentecostes, durante todo el verano, ayunaràn hasta las tres de la tarde los miercoles, y viernes, si no se les dispensare por trabajo de campo, ò por calor excedente: los demás dias, comeràn à las doce.

Esta hora duodecima se continuará para comer, quando trabajaren en el campo, ò el calor fuere violento, en lo qual providenciarà el Abad.

Pero debe este reglar, y disponer con talequidad las cosas, que se salven las almas, y los monges hagan su deber sin justas quejas.

Desde ratorce de Septiembre inclusivè hasta principios de Quadragesma, comeràn siempre à las tres: pero en tiempo de Quadragesma hasta Pascua han de comer puesto el sol.

Cantarànse las Vesperas à tal hora, que no necessiten para tomar alimento de candela, y executarànse todo con luz del dia.

Sed

Re-

Sed & omni tempore, si-  
ve cœnæ, sive refectio-  
nis hora sic temperetur,  
ut cum luce fiant omnia.

*Regulense en fin en todo tien-  
po las horas de cenar, y de comer,  
de manera que todo se concluya  
con luz natural.*

MARZO 21. Julio 21. Noviembre 20.

*Ut post Completorium nemo  
loquatur.*

*Que nadie hable despues de  
Completas.*

## CAPUT XLII.

**O**Mni tempore silentio de-  
bent studere monachi, ma-  
ximè tamen nocturnis horis: &  
ideo omni tempore, sive jeju-  
nii, sive prandii.

Si tempus fuerit prandii, 2  
mox ut surrexerint à cena, se-  
deant omnes in unum, & legat  
unus Collationes, vel Vitas Pa-  
trum, aut certè aliquid quod  
ædificet audientes, non autem  
Eptaticum aut Regum: quia in-  
firmis intellectibus non erit uti-  
le illà horà hanc scripturam  
audire; aliis verò horis le-  
gantur.

Si autem jejunii dies fuerit, 3  
dicta Vespera, parvo inter-  
vallo, mox accedant ad lectio-  
nem, ut diximus: & lectis qua-  
tuor, aut quinque foliis, vel  
quantum hora permitit, omni-  
bus in unum concurrentibus  
per hanc moram lectionis (si  
quis fortè in assignato sibi  
commisso fuerit occupatus, oc-  
currat) omnes ergo in unum  
positi compleant.

## CAPITULO XLII.

**D**Ebe el silencio ser estudio  
perpetuo del Religioso, es-  
pecialmente de noche: y se obser-  
varà, assi en dias de una comi-  
da, como de comida, y cena.

Si se comiere à medio dia, lue-  
go que la cena se concluya, sen-  
tandose todos en una pieza, lee-  
rà uno en alta voz las Confe-  
rencias, ò Vidas de Padres, ò  
otros libros que edifiquen: mas  
no los siete primeros de la Bi-  
blia, ni los de los Reyes; por  
no ser util oír entonces tales cosas  
à espíritus débiles, pero leanse en  
otras ocasiones.

Si el dia fuere de ayuno,  
à corto rato despues de decir  
Visperas, acudan, como he-  
mos dicho, à la lectura: y  
leidas quatro, ò cinco hojas,  
ò las que permitiere el tiempo,  
concurriendo todos alli, mien-  
tras se lee (acudiendo tambien  
el que estuviere ocupado en  
qualquiera comission) en es-  
tando todos los monges juntos,  
digan Completas.

Et exeuntes à Completorio, 4  
nulla sit licentia denuo cuiquam  
loqui aliquid: quòd si inven-  
tus fuerit quisquam prævaricari  
hanc taciturnitatis regulam,  
graviori vindictæ subiaceat.

Excepto, si necessitas hõs- 5  
pitum supervenerit, aut for-  
tè Abbas alicui aliquid jusserit:  
quod tamen & ipsum cum sum-  
ma gravitate, & moderatione  
honestissimè fiat.

Concluido el officio, nadie  
tenga facultad de violar el si-  
lencio: y si se averigua, que  
alguien contraviene à este es-  
tatuto del silencio, denle un casti-  
gigo muy aspero.

Excepto, si fuere preciso cor- 5  
tejar huespedes, ò si el Abad tu-  
viere algo que tratar con sus ofi-  
ciales: pero en estos casos se ha de  
hablar con la mayor gravedad, y  
modestia, y en voz baxa.

MARZO 22. Julio 22. Noviembre 21.

De is, qui ad opus Dei, vel  
mensam tardè occurrunt.

De los que llegan tarde al officio  
divino, ò al refectorio.

CAPUT XLIII.

CAPITULO XLIII.

**A**D horam divini officii, mox 1  
ut auditum fuerit signum,  
relictis omnibus, quælibet fue-  
rint in manibus, summà cum  
festinatione curratur: cum gra-  
vitate tamen, ut non scurrilitas  
inveniat fomitem.

Ergo nihil operi Dei præ- 2  
ponatur.

Quod si quis ad nocturnas 3  
Vigilias post *Gloriam* psalmi  
nonagesimi-quarti (quem prop-  
ter hoc omnino protrahendo,  
& morosè vòlumus dici) oc-  
currerit; non stet in ordine  
suo in choro: sed ultimus om-  
nium stet, aut in loco, quem  
talibus negligentibus seorsum  
constituerit Abbas, ut videatur

**A**L punto que se oyga la  
campana, dexando quan-  
to buviere entre manos, acudi-  
rán à la Hora canonica, con la  
mayor diligencia: pero con gra-  
vedad modesta, porque no balle  
que notar la bufonería.

Nada pues se anteponga à la  
obra de Dios.

Si alguno llegare à los Noc- 3  
turnos despues del Gloria Patri  
del salmo Venite ( el qual, por  
dar tiempo, querèmos que se di-  
ga muy de espacio) no estè en  
el lugar que le corresponde, en  
el coro; sino en el ultimo de todos,  
ò en el sitio separado, que el Abad  
señalare para tales negligentès,  
expuesto à vista suya, y de to-  
da

ab ipso, vel ab omnibus; usque dum, completo opere Dei, publica satisfactione pœniteat.

Ideo autem eos in ultimo, 4 aut seorsum iudicavimus debere stare, ut visi ab omnibus, vel pro ipsa verecundiâ suâ emendentur.

Nam si foras Oratorium remaneant, erit fortè talis, qui se aut recòlocet, & dormiat, aut certè sedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno: sed ingrediatur intrò, ut nec totum perdat, & de reliquo emendetur.

Diurnis autem horis qui ad 6 opus Dei post versum, & *Gloriam* primi psalmi, qui post versum dicitur, occurrerit, lege, qua supra diximus, in ultimo stet; nec præsumat sociari choro psallentium, usque ad satisfactionem: nisi fortè Abbas licentiam dederit permissione sua, ita tamen, ut satisfaciat reus ex hoc.

da la comunidad; hasta que en concluyendose el oficio, de pública satisfaccion.

Hemos juzgado, que estos deben estar los ultimos, ò en parte separada, para que estando à vista de todos, se enmienden, siquiera por su verguenza.

Pues, si quedaren fuera de el coro, acaso havrà alguno que se recueste, se duerma, ò se esté sentado, pensando en boberias, y se de ocasion al enemigo: y así será mejor que entre dentro, para que no lo pierda todo, y despues se le darà su castigo.

El que entre dia llegare al oficio despues del Gloria Patri del primer salmo, que se dice despues del Deus in adiutorium, esté el ultimo de todos, segun la ley de arriba; y no piense incorporarse al coro de los que cantan, hasta que satisfaga: menos que el Abad se lo permita, con tal que por ello cumpla despues su penitencia.

MARZO 23. Julio 23. Noviembre 22.

Ad mensam autem qui ante 7 te versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum, & orent, & sub uno simul omnes accedant ad mensam; qui per negligentiam suam, aut vitium non occurrerit, usque ad secundam vicem pro hoc corripiatur.

El que no acudiere à refectorio antes de la bendicion, para que todos juntos digan el verso, oren, y se sienten con-ventualmente à la mesa; si bi- ciere falta por su vicio, ò flo- xedad, sea reprendido prime- ra, y segunda vez.

Si denuò non emendaverit, 8 non permittatur ad mensæ communis participationem: sed sequestratus à consortio omnium reficiat solus, sublatà ei portione suà vini, usque ad satisfactionem, & emendationem.

Similiter autem patiat, 9 qui ad illum versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur.

Nec quisquam præsumptio ante statutam horam, vel postea quicquam cibi, vel potus percipere.

Sed & si cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit; horà, qua desideraverit, hoc quod prius recusavit, aut aliud omnino non percipiat, usque ad emendationem congruam.

*Si no se emendare, no se le permita participar de la mesa comun: y segregado del consorcio de los demás, como solo, quitandole su porcion de vino, hasta que aya satisfecho, y esté emmendado.*

*De se otra tal penitencia al que no estuviere presente al verso que se dice despues de la comida.*

*Nadie sea oßado à tomar comida, ni bebida, antes, ni despues de las horas determinadas.*

*Si alguno rehusare recibir lo que el superior le diere; no se le de, ni lo que antes rebusò, ni otra cosa, quando èl la pida, hasta que haga competente penitencia.*

MARZO 24. Julio 24. Novembre 23.

*De his qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.*

*Cómo han de satisfacer los excomulgados.*

#### CAPUT XLIV.

#### CAPITULO XLIV.

**Q**ui pro graviore culpà ab Oratorio, & à mensa excommunicatur, horà, qua opus Dei in Oratorio celebratur, ante fores Oratorii prostratus jaceat, nihil dicens, nisi tantum posito in terram capite, & prostratus pronus omnium de Oratorio exeuntium pedibus se projiciat: & hoc tandiu faciat, usque

**E**L que por grave culpa fuere exciuido de la Iglesia, y refectorio, quedese, mientras se celebra el oficio divino, à la puerta de la Iglesia, prostrado boca abaxo, pegados los ojos al suelo, en silencio profundo, derribado à los pies de quanto salieren del templo; y prosiga de esse modo, hasta que

usquē dum Abbas judicaverit satisfactum esse.

Qui, dum iussus ab Abbate venerit, provolvat se ipsius Abbatibus pedibus, deinde omnium vestigiis fratrum, ut orent pro eo.

Et tunc, si iusserit Abbas, recipiatur in choro, vel in ordine, quo Abbas decreverit: ita sanē ut psalmum, aut lectionem, vel aliud quid non præsumat in Oratorio imponere, nisi iterum Abbas jubeat.

Et omnibus horis, dum completur opus Dei, projiciat se in terram in loco, in quo stat: & sic satisfaciat, usque dum ei jubeat Abbas, ut quiescat jam ab hac satisfactione.

Qui verò pro levibus culpis excommunicantur tantum à mensa, in Oratorio satisfaciant, usque ad iussionem Abbatibus hoc semper faciant, usque dum benedicat, & dicat: *Sufficit.*

que declare el Abad aver cumplido.

Quando el Prelado le mande comparecer ante si, se arrojara à sus pies, y de toda la comunidad, pidiendo à todos su intercession.

Y entonces, si el superior lo mandare, serà recibido en el coro, en la classe, y lugar que dispusiere: con tal, que sin nuevo orden expresso, no cante salmo, ni leccion, ni diga cosa en publico.

Prostraràse en tierra delante de su silla à todas las horas, al tiempo que el officio divino se concluya: y proseguirà assi, hasta que el superior le mande cessar.

Los que por leves defectos fueren separados de la mesa comun, cumpliràn sus penitencias en la Iglesia, y continuaran con ellas, hasta que el Abad les perdone, y les diga: Basta.

MARZO 25. Julio 25. Noviembre 24.

De iis qui falluntur in Oratorio.

De los que yerran en el coro.

CAPUT XLV.

CAPITULO XLV.

SI quis, dum pronunciat psalmum, responsum, aut antiphonam, vel lectionem, fallitur; nisi cum satisfactione coram omnibus humiliatus

SI alguno se equivoca, al pronunciar salmo, responso, antifona, ò leccion, y no satisface alli, baciendo la venia publicamente, se le darà

tus fuerit, majori vindictæ sub-  
jaceat: quippe qui noluit humi-  
litate corrigere, quod negli-  
gentiâ deliquit.

Infantes verò pro tali cul-  
pa vapulent.

*rà pena mas grãve; por nõ  
aver querido corregir con la hu-  
mildad, el yerro que por su  
descuido cometidõ.*

*Semejantes faltas pagarã  
los niños con disciplinas.*

MARZO 26. Julio 26. Noviembre 25.

*De his qui in aliis quibuslibet  
rebus delinquant.*

De los que incurren en otras  
qualesquiera faltas.

CAPUT XLVI.

CAPITULO XLVI.

**S**I quis, dum in labore quo-  
vis, in coquina, in cella-  
rio, in ministerio, in pistrino,  
in horto, in arte aliqua dum la-  
borat, vel in quocumque loco  
aliquid deliquerit, aut frege-  
rit quippiam, aut perdid-  
erit, vel aliud quid excefferit ubi-  
ubi, & non veniens continuò  
ante Abbatem, vel Congregatio-  
nem, ipse ultrò satisfecerit, &  
prodiderit delictum suum; dum  
per alium cognitum fuerit, ma-  
jori subjaceat emendationi.

Si animæ verò peccati causa  
latens fuerit, tantùm Abbati,  
aut spiritalibus senioribus pa-  
tefaciat, qui sciant curare sua  
& aliena vulnera, non detegere,  
aut publicare.

**S**I alguno trabajando en qual-  
quiera labor, en la cocina,  
en la despensa, en su mi-  
nisterio, en la panaderia, en  
la buerta, ò en otra obra, si  
en qualquier lugar, sea donde  
fuere, delinque, quiebra, ò  
excede en algo, y quanto an-  
tes no se presenta al Abad, y  
convento à confessar voluntaria-  
mente su culpa, y recibir pe-  
nitencia, si por alguño otro  
fuere denunciado, dese le mas  
grave castigo.

Si la falta fuere puramen-  
te interna, manifestela solo al  
Abad, ò espirituales ancianos,  
que sepan curar males propios,  
y agenos, sin publicarlos, ni  
descubrirlos.

MARZO 27. Julio 27. Noviembre 26.

*De significanda hora operis Dei.*

Del cargo de llamar al oficio divino.

## CAPUT XLVII.

## CAPITULO XLVII.

**N**uncianda hora operis Dei die noctuque sit cura Abbati; aut ipse nunciare, aut tali sollicito fratri injungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur.

Psalms autem vel antiphonas post Abbatem ordine suo, quibus iustum fuerit, imponant.

Cantare autem, aut legere non presumat, nisi qui potest ipsum officium implere, ut edificentur audientes.

Quod cum humilitate, & gravitate, & tremore faciat, & cui iusserit Abbas.

**E**stè à cargo del Abad llamar à las horas del coro, ò haciendolo por si mismo, ò encargandolo à Religioso diligente, para que todo se haga à tiempo.

Entonen los salmos, y antifonas despues del Abad por su turno, los que fueren encargados de ello.

Pero no se meta à cantar, ni leer en publico, sino el que pueda desempeñar el oficio con edificacion del auditorio.

Mas hagalo con modestia, humildad, y respeto aquel, à quien lo encargue el Prelado.

MARZO 28. Julio 28. Noviembre 27.

*De opere manuum quotidiano.*

Del trabajo de manos cotidiano

## CAPUT XLVIII.

## CAPITULO XLVIII.

**O**tiositas inimica est animæ; & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina: ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari.

Idest,

**L**a ociosidad es enemiga del alma; y por esso deben ocuparse los monges à ratos en labor manual, à ratos en leccion de libros devotos: y con la siguiente disposicion creemos quedaràn reglados todos tiempos.

Des-

Idest , ut à Pascha usque 2  
ad kalendas Octobris manè ex-  
cuntes , à prima usque ad ho-  
ram penè quartam laborent,  
quod necessarium fuerit : ab  
horà autem quarta usque ad  
horam quasi sextam lectioni  
vacent.

Post sextam autem surgen- 3  
tes à mensa, paudent in lectis suis  
cum omni silentio: aut fortè qui  
voluerit legere, sibi sic legat , ut  
alium non inquietet.

Et agatur Nona tempo- 4  
rius , mediante octava horà;  
& iterum , quod faciendum  
est , operentur usque ad ves-  
peram.

Si autem necessitas loci, 5  
aut paupertas exegerit , ut ad  
fruges colligendas per se oc-  
cupentur , non contristentur:  
quia tunc verè monachi sunt,  
si de labore manuum suarum  
vivunt , sicut & Patres nostri,  
& Apostoli.

Omnia tamen mensuratè fiant 6  
propter pusillanimes.

Desde Pascua florida hasta  
trece de Setiembre inclusive,  
saliendo de mañana , trabaja-  
rán lo necesario desde el orien-  
te del sol hasta cerca de las  
diez ; y desde essa hora se ocu-  
parán en leer hasta poco antes  
de medio dia.

Después de comer reposa-  
rán en sus camas con todo si-  
lencio ; ó leerá para sí el que  
quisiere , de suerte que no in-  
quiete á nadie.

Diráse Nona mas temprano,  
como à las dos y media ; y después  
volverán à trabajar lo que hu-  
viere que hacer , hasta que se  
ponga el sol.

Si la escasez del monaste-  
rio , ó la pobreza los precisare à  
recoger por sus manos las mieses,  
y los esquilmos , no por esso se  
desconsuelen : que entonces son  
verdaderos monges, si viven de  
su trabajo , como los Apostoles , y  
nuestros Padres.

Pero hagasse todo con equidad  
en atencion à los débiles.

MARZO 29. Julio 29. Noviembre 28.

A kalendis autem Octo- 7  
bris usque ad caput Quadra-  
gesimæ , usque in horam fecun-  
dam plenam lectioni vacent:  
horà secundà agatur Tertia, &  
usque ad nonam in opus suum  
laborent , quod eis injungi-  
tur.

Desde catorce de Setiembre  
inclusive hasta principios de  
Quaresma se ocuparán en lectu-  
ra hasta las ocho de la mañana:  
cantarán Tercia à essa hora ; y  
desde entonces hasta las tres de  
la tarde harán la labor que se  
les diere.

Facto autem primo signo 8  
horæ Nonæ, disjungant se ab  
opere suo singuli, & sint pa-  
rati, dum secundum signum  
pulsaverit.

Post refectionem autem va- 9  
cent lectionibus suis, aut psal-  
mis.

In Quadragesimæ verò die- 10  
bus, à manè usque ad tertiam  
plenam vacent lectionibus suis,  
& usque ad decimam horam  
plenam operentur quod eis in-  
jungitur. In quibus diebus Qua-  
dragesimæ accipiant omnes sin-  
gulos còdices de bibliotheca,  
quos per ordinem ex in-  
tegro legant: qui codices in  
capite Quadragesimæ dandi  
sunt.

En haciendo la primera se-  
ñal para Nona, se desembara-  
zará cada qual de su tarea, y es-  
tará prevenido para quando fue-  
ne la segunda.

Despues de comer se ocu-  
parán en leer sus libros, ó en  
salmos.

En los dias Quaresmales se  
emplearán en lectura desde sa-  
lir de Prima hasta las nueve  
de la mañana; y desde entonces  
hasta las quatro de la tarde han  
de trabajar lo que el Abad les  
dixere. Al principio de Quaresi-  
ma se ha de dar à cada uno de  
los monges un libro de la libreria  
comun, el qual leerá se-  
guida, y enteramente de prin-  
cipio à fin.

MARZO 30. Julio 30. Noviembre 29.

Ante omnia sanè deputen- 11  
tur unus aut duo seniores, qui  
circùmeant monasterium horis,  
quibus vacant fratres lectio-  
ni, & videant, ne fortè inve-  
niatur frater accidiòsus, qui  
vacat otio, aut fabulis, & non  
est intentus lectioni, & non so-  
lùm sibi utilis est, sed etiam  
alios extollit.

Hic talis, si (quod absit) re- 12  
pertus fuerit, corripiatur fe-  
mel, & secundò: si non emen-  
daverit, correptioni regulari  
subjaceat taliter, ut cateri me-  
tum habeant.

Ante todo se designarán uno,  
ó dos ancianos, que ronden  
por el monasterio à las horas en  
que los monges se ocupan en  
leer, y observen, si por ventura  
hallan algun bolgazán, dado al  
ocio, y passatiempo, sin aten-  
der à la leccion, y que no so-  
lo es inutil para si, sino que dis-  
trabe à los demás.

Si alguno tal se encontrá-  
re (lo que nunca suceda) sea  
reprendido primera, y segun-  
da vez: y si no se enmendare,  
desele tal castigo, que à los de-  
más cause miedo.

Neque frater ad fratrem jun-  
gatur horis incompetentibus.

Dominico autem die le-  
tioni vacent omnes, excep-  
tis his, qui variis officiis depu-  
tati sunt.

Si quis verò ita negligens, &  
desidiosus fuerit, ut non velit,  
aut non possit meditari, aut  
legere; injungatur ei opus, quod  
faciat, ut non vacet.

Fratribus infirmis vel deli-  
catis talis operà, aut ars injun-  
gatur, ut nec otiosi sint, nec  
violentià laboris opprimantur,  
ut effugentur: quorum imbeci-  
llitas ab Abbate consideran-  
da est.

No se llegue un monge à otro  
en horas indebidas.

Todos, menos los deputa-  
dos, à varios ministerios, se  
ocuparán los Domingos en leer  
libros devotos.

Si buviere alguno tan bara-  
gán, ò negligente, que no quie-  
ra, ò no pueda estudiar, ò leer;  
sea destinado à otro exercicio,  
porque no esté ocioso.

A los poco robustos, y de-  
licados se les dará tal exercicio,  
ò labor, que ni les permita ocia-  
r, ni la violencia del trabajo les  
oprime de tal modo, que le den  
de mano: cuya poca robustez ten-  
drà presente el Abad.

MARZO 31. Julio 31. Noviembre 30.

De Quadragesima observa-  
tione.

De la observancia de la Qua-  
resma.

### CAPUT XLIX.

### CAPITULO XLIX.

**L**icet omni tempore vita  
monachi Quadragesimæ  
debeat observationem habere;  
tamen, quia paucorum est ista  
virtus, ideo suademus istis die-  
bus Quadragesimæ omni pu-  
ritate vitam suam custodire,  
omnes pariter negligentias alio-  
rum temporum his diebus san-  
ctis diluere.

Quod tunc digne fit, si ab  
omnibus vitiis nos temperem-  
us; orationi cum fletibus,

**A**unque la vida monastica  
debiera tener en todo tiem-  
po austeridad de Quaresma, aten-  
diendo à que son pocos los que  
tienen para esso suficiente vi-  
gor, les exhortamos que en este  
tiempo quaresmal conserven su  
vida en una suma pureza, y que  
en estos dias santos laxen las ne-  
gligencias de otros tiempos.

Lo qual se hará digna-  
mente, si nos abstengamos de  
todo vicio; si nos ocupamos

Iectioni, & compunctioni cordis, atque abſtinentiæ operam demus.

Ergo his diebus augeamus 3 nobis aliquid ad ſolitum penſum ſervitutis noſtræ; orationes peculiareſ, ciborum, & potus abſtinentiam: ut unusquiſque ſuper meſuram ſibi indiſtam aliquid propria voluntate cum gaudio ſancti Spiritus offerat Deo.

Ideſt, ſubtrahat corpori 4 ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurritate, & cum ſpiritualis deſiderii gaudio ſanctum Paſcha expectet.

Hoc ipſum tamen, quod 5 unusquiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum ejus fiat oratione, & voluntate: quia, quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda ſunt.

en oracion con llanto, en leccion, en compuncion cordial, y ayuno.

Añadamos pues, en eſtos dias alguna obra eſpecial à las penſiones ordinarias de nueſtra obligacion; eſto es, oraciones privadas, y abſtencia de comida, y bebida: y con gozo eſpiritual ſacrifique à Dios cada uno ſobre ſu penſion obligatoria alguna oblacion voluntaria.

Quiero decir, que cercene à ſu cuerpo de comida, de bebida, de ſueño, de converſacion, y paſſatiempo, y eſpere la ſanta Paſcha con anſia de eſpiritual regocijo.

Pero manifeſte à ſu Abad lo que cada qual ofrece à Dios, y hagalo con ſu oracion, y parecer: porque lo que ſe hace ſin permiſſo del Prelado, ſe atribuirà à preſuncion, y vanidad, y no à merito. Haga ſe todo en ſin con bendicion del Abad.

ABRIL I. Agoſto I. Diciembre I.

De fratribus, qui longe ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.

De los que trabajan à diſtancia de la Igleſia, y hacen viage.

CAPUT L.

CAPITULO L.

**F**Ratres, qui omnino longe ſunt in labore, & non poſſunt occurrere horà competent

**L**OS monges que eſtán en ſu labor à mucha diſtancia, y no pueden acudir à la

ti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est; agant illud opus Dei, ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua.

Similiter, qui in itinere directi sunt, non eos prætereant hora constituta: sed ut possunt, agant sibi, & servitutis pensum non negligant reddere.

Iglesia á horas competentes; y el Abad sabe ser assi, celebren el oficio divino en el parage en que están, doblando las rodillas con toda devocion.

Los que hacen viage, no dexen passar las horas destinadas para decir el oficio: rezelo cada uno á solas, como pudiere, y no descuiden en pagar el tributo de su servidumbre.

ABRIL 2. Agosto 2. Diciembre 2.

*De fratribus qui non satis longe proficiscuntur.*

De los monges que no van lexos.

CAPUT LI.

CAPITULO LI.

**F**Ratres, qui pro quovis responso proficiscuntur, & ea die sperant reverti ad monasterium, non præsumant foris manducare, etiam si à quovis rogentur, nisi fortè eis ab Abbate suo præcipiatur. Quod si aliter fecerint, excommunicentur.

**L**OS monges que son embiados à alguna diligencia, y esperan volver al monasterio el mismo dia, no sean offados à comer fuera, por mas que alguno les ruegue, à menos que el prelado se lo mande. El que contraviniere à esto, sea separado del conforcio.

ABRIL 3. Agosto 3. Diciembre 3.

*De Oratorio Monasterii.*

Del Oratorio Monastico.

CAPUT LI.

CAPITULO LI.

**O**Ratorium hoc sit, quod dicitur: nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur.

**S**Ea el Oratorio lo que suena, y no se trate en el, ni se reserve cosa que desdiga de su nombre.

Ex

En

Expleto opere Dei, omnes 2  
cum summo silentio exeant, &  
agatur reverentia Deo; ut fra-  
ter, qui fortè sibi peculiariter  
vult orare, non impediatur al-  
terius improbitate.

Sed & si alter vult sibi for- 3  
tè secretius orare, simpliciter  
intret, & oret; non in clamo-  
sa voce, sed in lacrymis & in-  
tentione cordis.

Ergo qui simile opus non 4  
facit, non permittatur, exple-  
to opere Dei, remorari in Ora-  
torio, sicut dictum est, nè alius  
impedimentum patiat.

En concluyendo el officio di-  
vino, saldrán todos con sumo  
silencio, y tendrán respeto à Dios:  
para que si alguno quisiere que-  
darse orando, no sea impedido por  
imprudencia de otro.

Si alguno quisiere recogerse  
à orar despues, èntre silenciosa-  
mente, y ore; no en voz al-  
ta, sino con llanto, y aten-  
cion interna.

No se permita en fin, que el  
que no huviere de orar, quede en  
el Oratorio, como queda dispues-  
to, en concluyendo el officio, por-  
que à otro no sirva de embarazo.

ABRIL 4 Agosto 4. Diciembre 4.

*De hospitibus suscipiendis.*

Del recibimiento de huespedes.

CAPUT LIII.

CAPITULO LIII.

**O**Mnes supervenientes hos- 1  
pites, tanquam Christus  
suscipiantur, quia ipse dictu-  
rus est: *Hospes fui, & suscepistis  
me.*

Et omnibus congruus honor 2  
exhibeatur, maxime domesticis  
fidei, & peregrinis.

Ut ergo nunciatus fuerit 3  
hospes, occurratur ei à Priore  
vel à fratribus cum omni offi-  
cio charitatis: & primitus orent  
pariter, & sic sibi socientur  
in pace.

Quod pacis osculum non 4  
prius offeratur, nisi oratione  
præ-

**S**Ean recibidos quantos hues-  
pedes llegaren al monaste-  
rio, como si llegasse Cristo, pues  
èl dirá: Huesped fui, y me disteis  
posada.

De se competente honor à to-  
dos, y en especial à los Religio-  
sos, y peregrinos.

Luego que avisen del hues-  
ped, saldrá al encuentro con to-  
das muestras de caridad, el su-  
perior, y monges: y barán juntos  
oracion, y luego se darán el oscu-  
lo de paz.

No se de este osculo, bas-  
ta despues de aver orado, pre-

præmissa, propter illusiones diabolicas: in ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas.

Omnibus venientibus, sive 5  
discedentibus hospitibus inclinato capite, vel prostrato omni corpore in terra Christus in eis adoretur, qui & suscipitur.

Suscepti autem hospites 6  
ducantur ad orationem, & postea fedeat cum eis Prior, aut cui iusserit ipse.

Legatur coram hospite 7  
divina, ut ædificetur; & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas.

Jejunium à Priore franga- 8  
tur propter hospitem; nisi forte præcipuus sit dies jejunii, qui non possit violari: fratres autem consuetudines jejuniorum proficiantur.

Aquam in manibus Abbas 9  
hospitibus det; pedes hospitibus omnibus tam Abbas, quam cuncta Congregatio lavet: quibus lotis, hunc versum dicant, *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.*

Pauperum autem, & pere- 10  
grinorum maximè susceptio omni cura sollicitè exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur: nam divitum terror ipse sibi exigit honorem,

*caviendo illusiones del enemigo: y en la salutation, ò bienvenida, daràn muestras de humildad profunda.*

*En quantos buespedes vinieren, ò marcharen, sea adorado el Señor, que en ellos se recibe, con la cabeza inclinada, ò postrado todo el cuerpo en tierra.*

*En recibiendo los buespedes, los llevaràn à orar, y despues hablarà con ellos el superior, ò quien el mandare.*

*Leerase en presencia de el buesped algun punto piadoso, para que quede edificado; y despues se le harà todo cortejo.*

*Por respeto al buesped violarà el Abad el ayuno, no siendo principal, incapaz de dispensacion: pero proseguiràn los monges con los ayunos regulares.*

*Darà el Abad aguamanos à los buespedes, y les lavarà los pies con asistencia de la comunidad: y concluido el lavatorio, diràn todos este verso: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.*

*Pongase todo cuidado, y diligencia en el recibimiento de pobres, y peregrinos, porque en ellos especialmente se recibe Cristo: que el terror de los ricos de suyo pide respeto.*

ABRIL 5. Agosto 5. Diciembre 5.

Coquina Abbatis, & hospiti-  
um per se fit : ut incertis horis  
supervenientes hospites, qui  
nunquam defunt monasterio,  
non inquietent fratres.

In quam coquinam ad an-  
num, ingrediantur duo fratres,  
qui ipsum officium bene im-  
pleant; quibus, ut indigent,  
solatia administrentur, ut abs-  
que murmuratione serviant: &  
iterum, quando occupationem  
minorem habent, exeant, ubi  
eis imperatur, in opera.

Et non solum in ipsis, sed  
& in omnibus officiis monaste-  
rii ista sit consideratio, ut quan-  
do indigent, solatia accomo-  
dentur eis; & iterum, quando  
vacant, obediant imperanti.

Item & cellam hospiti-  
um habeat assignatam frater, cujus  
animam timor Dei possideat,  
ubi sint lecti strati sufficienter,  
& domus Dei à sapientibus sa-  
pienter administretur.

Hospitibus autem, cui non  
præcipitur, nullatenus societur,  
neque colloquatur: sed si ob-  
viaverit, aut viderit, saluta-  
ris humiliter, ut dictum est,  
& petitâ benedictione, pertran-  
seat dicens, non licere sibi col-  
loqui cum hospite.

*Haya cocina separada para el  
Abad, y buespedes: para que si  
llegaren à deshora, pues nunca  
suelen faltar en los conventos, no  
incomoden à los religiosos.*

*En ella serviràn por año dos  
monges, que sepan desempeñar  
su officio, dandoles ayudantes,  
quando fueren mensesier, para  
que sirvan sin mucho afan: y  
quando no tengan que ha-  
cer alli, saldràn à trabajar  
donde la obediencia les destina-  
re su labor.*

*No solo en este officio, sino  
en todos los demás del monaste-  
rio tendràn la providencia de  
dar ayudantes quando se necesi-  
taren: y quando no tengan occu-  
pacion, haràn lo que les dixeren.*

*Encarguese à un religio-  
so timorato el cuidado de la hos-  
pederia, en que estèn las ca-  
mas con decencia, para que la  
cosa de Dios sea sabiamente  
administrada.*

*Ninguno acompañe, ni ha-  
ble à los buespedes, si no se lo  
mandaren: mas si los encontrare,  
ò viere, saludar dolo con humil-  
dad, como queda dicho, y pi-  
diendo sus oraciones, passe de  
largo diciendo, que no tienè li-  
cencia para hablarles.*

ABRIL 6. Agosto 6. Diciembre 6.

*Si debeat monachus literas, vel eulogias suscipere.*

Si puede el monge recibir cartas, ò agafajos.

CAPUT LIV.

CAPITULO LIV.

**N**ullatenus liceat monacho, nec à parentibus suis nec à quoquam hominum, nec sibi invicem literas, aut eulogias, vel qualibet munuscula accipere, aut dare sine præcepto Abbatis sui.

Quod si etiam à parentibus suis ei quicquam directum fuerit; non præsumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit Abbati.

Quod si iusserit suscipi; in Abbatis sit potestate, cui illud jubeat dari: & non contristetur frater, cui fortè directum fuerat, ut non detur occasio diabolo.

Qui autem aliter præsumperit; disciplinæ regulari subjaceat.

**N**adie sin licencia del Abad pueda dár, ni recibir de persona alguna, ni de sus propios padres, ò parientes, ni unos de otros los monges cartas, agafajos, ni otros qualesquiera presentes.

Si los padres embiaren algo à un religioso; no tenga este atrevimiento de recibirlo, sin dár antes noticia à su prelado.

Pero si el Abad mandare que se reciba; podrá hacer que se dè, à quien mejor le parezca; y no se contriste aquel, à quien se embiaba, porque no se dè motivo al tentador.

El que contraviniere à lo dispuesto, sujetese al castigo ordinario.

ABRIL 7. Agosto 7. Diciembre 7.

*De vestimentis, & calceamentis fratrum.*

Del vestuario, y calzado de los monges.

CAPUT LV.

CAPITULO LV.

**V**estimenta fratribus secundum locorum qualitatem, ubi

**D**ese el vestuario à los monges, segun la calidad de pa-

ubi habitant, vel ærum temperiem dentur; quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis verò minus: hæc ergo consideratio penès Abbatem sit.

Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam & tunicam; cucullam in hieme villosam, in æstate puram, aut vetustam, & scapulare propter opera, indumenta pedum pedules, & caligas.

De quarum rerum omnium colore, aut grositudine non caufentur monachi; sed quales inveniri possunt in provincia, qua degunt, aut quod vilius comparari potest.

Abbas autem de mensura provideat, ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus eis, sed mensurata.

Accipientes nova, vètera semper reddant in præsentem, reponenda in vestiario propter pauperes.

Sufficit enim monacho duas tunicas, & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lavare ipsas res: jam quod supra fuerit, superfluum est, & amputari debet.

Et pedules, & quodcumque est vetustum reddant, dum accipiunt novum.

Fœmoralia hi qui in via diriguntur, de vestiario accipiant

países, en que habitan, y temperatura de ayres; porque en parages frios se necessita de mas ropa, que en los calidos: lo qual debe considerar el Abad.

Creemos, que en países templados basta à cada monage cogulla, y tunica; cogulla peluda en hybierno, y raída, ò vieja en verano, escapulario para la labor, calzas, y zapatos para abrigar los pies.

De cuya burdez, ò color no se haze de queixar los religiosos; porque deben ser de las fabricas de la provincia en que viven, y pueden comprarse mas baratas.

Providencie el Abad, que los habitos no sean cortos, sino bien proporcionados à los cuerpos.

Los que los reciben nuevos, entreguen de contado los viejos, y guardense en la roperia para pobres.

Basta pues, que tenga el monge dos tunicas, y dos cogullas, asì para dormir con ellas; como para lavarlas: lo que excediere de ahí, es yá superfluo, y se debe quitar.

Entreguen tambien el calzado, y todo lo demás viejo, quando lo reciban nuevo.

Los que buvieren de hacer viage, tomarán bragas de la

piant, qui revertentes lota ibi restituant.

Et cucullæ & tunicæ sint aliquantò his, quas habere soliti sunt, modicè meliores; quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & revertentes restituant.

roperia, y las volveràn lavadas à la vuelta.

9 Haya en la roperia cogullas, y tunicas algo mejor tratadas, que las que usan de ordinario; las quales tomaràn los que buviere de ir de camino, y las restituiràn en volviendo.

ABRIL 8. Agosto 8. Diciembre 8,

Stramenta autem lectorum sufficiant matta, fagum, lena, & capitale.

Quæ tamen lecta frequenter ab Abbate scrutanda sunt propter opus peculiare, ne inveniatur.

Et si cui inventum fuerit, quod ab Abbate non acceptum, gravissimæ disciplinæ subiaceat.

Et ut hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ sunt necessaria: idest, cuculla, tunica, pèdules, caligæ, bràchile, cultellus, gràphium, acus, mappula, tabulæ, ut omnis auferatur necessitatis excusatio.

A quo tamen Abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quia dabatur singulis, prout cuique opus erat.

Ita ergo & Abbas consideret infirmitates indigentium, & non malam voluntatem indigentium.

10 Para aderezo de las camas bastarán estera, manta, cobertor, y cabezal.

11 Las quales camas registrarà con frecuencia el superior, porque no haya en ellas cosa peculiar.

12 Si se ballare que alguno tiene cosa que el Abad no le ayado, passe por un castigo muy severo.

13 Y para que se corte por el pie este vicio de propiedad, dará el Abad todo lo necessario: esto es, cogulla, tunica, peales, zapatos, brazil, cuchillo, aguja, moquero, y recado de escribir, para que se evite todo pretextò de necesidad.

14 Mas considere siempre el Abad aquella sententia de los Actos Apostolicos, que à cada uno se daba, segun la necesidad que tenia.

15 Y assi atienda à las miserias de los necesitados, y no à la malevolencia de los envidiosos.

In omnibus tamen iudiciis suis <sup>16</sup> *En todo quanto disponga considerare la retribucion divina.*  
 Dei retributionem cogitet.

ABRIL 9. Agosto 9. Diciembre 9.

*De mensa Abbatis.*

De la mesa del Abad.

CAPUT LVI.

CAPITULO LVI.

**M**ensa Abbatis cum hospitibus & peregrinis sit semper.

**L**a mesa del Abad este siempre con buespedes, y peregrinos.

Quoties tamen minus sunt <sup>2</sup> hospites, quos vult de fratribus vocare, in ipsius sit potestate.

Quando no buxiere buespedes, tendra arbitrio de llamar los que quisiere de sus monjes.

Seniorum autem unum aut <sup>3</sup> duos semper cum fratribus dimittendos procuret propter disciplinam.

Pero procure que siempre quede uno, o dos ancianos en la mesa comun, atendiendo a la disciplina regular.

ABRIL 10. Agosto 10. Diciembre 10.

*De artificibus monasterii.*

De los artifices del monasterio.

CAPUT LVII.

CAPITULO LVII.

**A**rtifices, si sunt in monasterio, cum omni humilitate & reverentia faciant ipsas artes, si tamen iusserit Abbas.

**S**i en el monasterio buxiere artesanos, exerceran sus artes con todo respeto, y humildad, si el Abad se lo mandare.

Quod si aliquis ex eis <sup>2</sup> tollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio; hic talis evellatur ab ipsa arte: & denno per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum Abbas jubeat.

Pero si alguno se engrie por su habilidad, o por el util, que piensa dar al monasterio; sea retirado de su officio: y no vuelva jamas a el, sino que, viendole arrepentido, se lo mande de nuevo el superior.

Si quid vero ex operibus <sup>3</sup> ar-

Si se buxiere de vender al-

artificum vendendum est; videant ipsi, per quorum manus transigenda sunt, ne aliquam fraudem præsumant inferre.

Memoréntur Ananiæ & Saphiræ: ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti, vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint, in anima patiantur.

In ipsis autem pretiis non subripiat avaritiæ malum: sed semper aliquantulum vilius detur, quàm à sæcularibus datur, ut in omnibus glorificetur Deus.

go de las manufacturas de los religiosos; mirex aquellos, por cuyas manos corriere su despacho; no hagan algun fraude al monasterio.

4 Escarmienten en Ananias, y Saira: y teman que la muerte que estos padecieron en el cuerpo, venga acaso sobre sus almas, y de todos los que defraudaren al monasterio en sus cosas.

5 Porque no èntre disimulada en los precios la peste de la avaricia, darán siempre las cosas algo mas baratas, que los del siglo, para que Dios sea glorificado en todo.

ABRIL II. Agosto II. Diciembre II.

*De disciplina suscipiendorum fratrum.*

De la instruccion de recibir novicios.

CAPUT LVIII.

CAPITULO LVIII.

**N**OVITER veniens quis ad conversionem, non ei facilis tribuatur ingressus; sed sicut ait Apostolus, *Probate spiritus, si ex Deo sunt.*

Ergo si veniens perseveraverit pulsans, & illatas sibi injurias, & difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare, & persistere petitioni suæ; annuatur ei ingressus, & sit in cella hospitem paucis diebus: postea sit in cella novitiorum,

**N**O se dè entrada ligeramente al adulto que de nuevo viene à convertirse: sino como dice S. Joan: Probad, si los espiritus son trahidos de Dios.

2 Si el pretendiente persevera llamando, y despues de quatro, ò cinco dias se observa, que lleva en paciencia los despègos, y dificultades de su admision, y que persiste en su suplica; abrañe la puerta, y sirva algunos dias en la hospederia: poniñgante despues en el Noviciado,

rum, ubi meditetur, & manducet, & dormiat.

Et senior ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eum omnino curiosè intendat, & sollicitus sit, si verè Deum querit, & si sollicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.

Prædicentur ei omnia dura, & aspera, per quæ itur ad Deum.

Et si promiserit de stabilitatis suæ perseverantia, post duorum mensium circulum legatur ei hæc Regula per ordinem, & dicatur ei: *Ecce lex, sub qua militare vis: si potes observare, ingredere; si verò non potes, liber discede.*

Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam novitiorum, & iterum probetur in omni patientia: & post sex mensium circulum relegatur ei Regula, ut sciat, ad quod ngreditur.

Et si adhuc stat, post quatuor menses iterum relegatur ei eadem Regula.

Et si, habità secum deliberatione, promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata fervare, tunc suscipiatur in Congregatione; sciens lege Regulæ constitutum, quòd ei ex illa die non liceat egredi de monasterio, nec collum excutere de sub iugo Regulæ, quam sub tam

do, donde coma, medite, y duerma.

Deputenle un veterano tal, que sea capáz de ganar almas, y vele sobre el con toda curiosidad, observando con sollicitud, si busca à Dios de veras, si es puntual para las Horas canonicas, obediencia, y injurias.

Intimamente todas las penalidades, y asperezas del camino, que guia à Dios.

Y si promete su perseverancia, leaule de principio à fin despues de dos meses esta Regla, diciendole: Esta es la ley, en que deseais militar: si os juzgais capáz de observarla, proseguid; si no os juzgais capáz, os podeis volver.

Si està firme en su proposito, lo volveràn al mismo Noviciado, y lo exercitaràn de nuevo en toda paciencia: y despues de seis meses, se le leerà la Regla segunda vez, para que sepa à què entra en la Religion.

Si persevera su constancia, le leeràn despues de otros quatro meses la misma Regla.

Y si por ultima resolucion prometiere observar todo lo en ella contenido, y hacer quanto le sea mandado, serà incorporado en el Convento; advirtiendole que es estatuto regular, que desde aquel dia no podrá salir del monasterio, ni sacar el cuello del yugo de la Religion, que desde

morosa deliberatione licuit recufare, aut fufcipere.

*pues de deliberacion tan morosa pudo dexar, ò admitir.*

ABRIL 12. Agosto 12. Diciembre 12.

Sufcipiendus autem in Oratorio coram omnibus promittat de stabilitate fua, & conversione morum fuorum, & obedientia coram Deo & Sanctis ejus: ut, fi aliquando aliter fecerit, ab eo fe damnandum fciat, quem irridet.

*El que ha de fer recibido, haga publicamente en la Iglefia, delante de Dios, y de fus Santos voto folemne de eftabilidad, mudanza de vida, y obediencia, para que fi alguna vez faltare à lo que professa, fepa que le ha de caftigar Dios, à quien burla.*

De qua promiffione fua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquæ ibi funt, & Abbatis præfentis.

*Haga una petition de efte voto al nombre de los Santos que huviere alli, y del Abad que eftará prefente.*

Quam petitionem manu fua fcribat: aut certè, fi non fcit literas, alter ab eo rogatus fcribat; & ille Novitius fignum faciat, & manu fua eam fuper altare ponat.

*Efcriba de fu mano efte petition: y fi no fupiere efcribir, ruegue à otro que la efcriba por èl; pero haga en ella una cruz el novicio, y pongala fobre el altar por fu mano.*

Quam dum pofuerit, incipiat ipfe Novitius mox hunc Verfum: *Sufcipe me Domine, fecundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione mea*: quem verfum omnis Congregatio tertio refpondeat, adjungentes *Gloria Patri*.

*En poniendola, cante el novicio efte Verfo: Sufcipe me Domine, fecundùm eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione mea: el qual repetirà tres veces alternando toda la Comunidad, y añadiendo Gloria Patri al fin.*

Tunc ipfe frater Novitius profternatur fingulorum pedibus, ut orent pro eo: & jam ex illa die in Congregatione reputetur.

*Profteraráfe entonces el Novicio pidiendo à todos, que lo encomienden à Dios: y yá desde aquel dia ferà reputado por uno de la Comunidad.*

Res, fi quas habet, aut erogat prius pauperibus; aut facta

*Si tuviere bienes, ò diftribuyalos antes de professar, à*

solemniter donatione, conferrat monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus: quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum sciat.

Mox ergo in Oratorio exuat rebus propriis, quibus vestitus est, & induatur rebus monasterii.

Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda: ut si aliquando, suadente diabolo, consenserit, ut egrediatur de monasterio (quod absit) tunc exutus rebus monasterii projiciatur.

Illam tamen petitionem ejus, quam de super altare Abbas tulit, non recipiat; sed in monasterio reservetur.

pobres, ó cedalos al monasterio por solemne donacion, sin reservar cosa para sí: teniendo entendido, que desde aquel punto no podrá disponer, ni de su propio cuerpo.

Quitaránle luego en la Iglesia las ropas, de que estuviere vestido, y le vestirán las del monasterio.

Pero las ropas seculares que él dexare, se han de guardar en la roperia: para que, si alguna vez por sugestion del demonio consintiere (lo que Dios no permita) en irse del monasterio, sea expellido de él, despojandole del habito.

Mas no se le dará la escritura, que de sobre el altar tomó el prelado; que essa se ha de reservar en el convento.

ABRIL 13. Agosto 13. Diciembre 13.

*De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.*

De los oblatos hijos de pobres, y de ricos.

CAPUT LIX.

CAPITULO LIX.

**S**I quis fortè de nobilibus offerat filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minori ætate est, parentes ejus faciant petitionem, quam supra diximus: & cum oblatione ipsam petitionem, & manum pueri involvant in palla altaris, & sic eum offerant.

**S**I acaso alguna persona noble ofreciere à su hijo en el monasterio, siendo el niño de menor edad, harán sus padres la promessa, que arriba diximos, y envolviendo en el mantel de el altar la mano del niño, y la petition dicha lo ofrecerán con la oblata.

De

Pe-

De rebus autem suis, aut 2  
in presenti petitione promittant sub iurejurando, quia nunquam per se, nunquam per suffectam personam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occasionem habendi.

Vel certè, si hoc facere no- 3  
luerint, & aliquid offerre voluerint in elemosynam monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare volunt, monasterio donationem, reservato sibi, si ita voluerint, usufructuario.

Atque ita omnia obstruan- 4  
tur, ut nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit (quod absit) quod experimento didicimus.

Similiter autem & paupe- 5  
riores faciant: qui verò ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

*Pero han de prometer con juramento en la misma profesion, que en ningun tiempo, ni por si, ni por tercera persona, ni de alguna manera daràn al niño cosa, ni le pondrà en ocasion de poder tener nada.*

*Si acaso no quisieren hacer esso, sino dàr al monasterio alguna cosa, à titulo de limosna, ò agasajo, baràn donacion de lo que quisieren dàr, reservando, si gustaren, el usufruto para si.*

*Pero de tal modo se han de cerrar al niño las esperanzas, que no le quede rendixa, por donde pueda ser engañado, y perecer (ni Dios lo permita) como hemos aprendido por experiencia.*

*Lo mismo han de hacer los menos acomodados: mas los que del todo son pobres, baràn la escritura sin essa solemnidad, y en presencia de testigos presentarán su hijo con la oblation.*

ABRIL 14. Agosto 14. Diciembre 14.

*sacerdotibus, qui voluerint in monasterio habitare.*

De los facerdotes que quisieren ser religiosos.

## CAPUT LX.

## CAPITULO LX.

**S**I quis de ordine sacerdotum 1  
in monasterio se suscipi rogaverit, non quidem ei citius assentietur; tamen si omnino per-

**S**I alguno de classe sacerdo-  
tal, pidere que lo reciban por monge, no se le conceda prontamente; mas si insta-

perſiterit in hac petitione, ſciat ſe omnem Regulæ diſciplinam ſervaturum : nec aliquid ei relaxabitur , ut ſit , ſicut ſcriptum eſt : *Amice , ad quid veniſti?*

Concedatur ei tamen poſt 2 Abbatem ſtare , & benedicere , aut miſſas tenere , ſi tamen juſſerit ei Abbas : ſin aliàs , nullatenus aliqua præſumat , ſciens ſe diſciplinæ regulari ſubditum , & magis humilitatis exempla omnibus det. Si fortè ordinationis , aut alicujus rei cauſa fuerit in monaſterio , illum locum attendat , quando ingreſſus eſt monaſterium ; non illum , qui ei pro reverentiâ ſacerdotii conceſſus eſt.

Clericorum autem ſi quis 3 eodem deſiderio monaſterio ſociari voluerit , loco mediocri colloctur : & ipſe tamen ſi promittit de obſervatione Regulæ , vel propria ſtabilitate.

*ne mucho en ſu ſuplica , harañte ſaber , que lavrà de obſervar todo el rigor de la Regla , ſin que ſe le diſpenſe nada , reconveniente con lo del Evangelio: A que veniſteis amigo?*

*Concedante empero grada ſuperior , proxima al Abad , facultad de dár bendiciones , y cantar miſſas , como ſe lo mande ſu Prelado : ſin cuyo beneplacito no piense hacer algo de eſſo : debiendo ſaber , que eſtà ſujeto à la diſciplina regular , y obligado à dár à todos mas vivos exemplos de humildad. Si al ordenar , ò diſponer algo en comunidad ſe halla preſente , atienda al lugar , que le correſponde por ſu ingreſſo , y no al que ſe le dà en honor de el ſacerdocio.*

*Si algun clerigo llegare con el miſmo deſeo de ſer religioſo , deſele un mediano lugar: con tal que haga voto de obſervar la Regla , y de ſu perſeverancia.*

ABRIL 15. Agoſto 15. Diciembre 13.

*De monachis peregrinis , qualiter ſuſcipiantur.*

Como han de ſer recibidos los monges eſtrangeros.

CAPUT LXI.

CAPITULO LXI.

**S**I quis monachus peregrinus 1 de longinquis provinciis ſupervenerit , ſi pro hoſpite voluerit habitare in monaſterio,

**S**I algun religioſo eſtrangero 1 ro llegaffe de tierras remotas , y quiſiere eſtår en el monaſterio , en calidad de hueſped;

&

M

ba

& contentus fuerit consuetudine loci, quam invenerit, & non superfluitate sua conturbat monasterium, sed simpliciter contentus est, quod invenerit; suscipiatur, quanto tempore cupit.

Si quæ tamen rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostendit; tractet Abbas prudenter: ne forte eum propter hoc ipsum Dominus direxerit.

Si verò postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renuatur talis voluntas: & maximè, quia tempore hospitalitatis potuit ejus vita dignosci.

*ballandose bien con el porte que viere alli, lo hospedaràn todo el tiempo que gustare: como estè contento con la regularidad que huviere visto, y como con sus demasias no conturbe el monasterio.*

*2 Pero si con humilde caridad, y cortesia advierte, ò reprehende alguna cosa; considere la el Abad con madurez, que acaso le avrà encaminado Dios para esse fin.*

*3 Si despues quisiere establecerse alli, no le embaracen su buen desco: pues en tiempo de su hospedage, bien avrán podido enterarse de su porte.*

ABRIL 16. Agosto 16. Diciembre 16.

Quod si superfluous, aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non debet fociari corpori monasterii; verum etiam dicatur ei honestè, ut discedat, ne ejus miseriam etiam alli vitientur.

Quod si non fuerit talis, qui mereatur projici, non solum, si petierit, suscipiatur Congregationi fociandus; verum etiam suadeatur, ut stet, ut ejus exemplo alii erudiantur: & quia in omni loco uni Domino servitur, & uni Regi militatur.

Quem etiam si talem esse 6  
per-

*4 Si en el tiempo de la hospitalidad se observare que es antojadizo, o vicioso, no solo no deberà incorporarse al convento; sino que lo despediràn con cortesia, porque no estrague à otros con su miseria.*

*5 Si no fuere tal que deha ser despedido, no solo lo incorporaràn al monasterio, si èl lo pidiere; mas le persuadiràn que se quede en èl, para que otros se instruyan con su virtud: pues en todas partes se milita, y se sirve à un mismo Rey, y Señor.*

*6 Si el Abad viere que el tal re-*

perspexerit Abbas, liceat eum in superiore aliquantulum constituere loco.

Non solum autem monachum, sed etiam de supradictis gradibus sacerdotum, vel clericorum stabilire potest Abbas in majori, quam ingreditur loco, si ejus talem prospexerit esse vitam.

Caveat autem Abbas, ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu Abbatis ejus, aut literis commendatitiis; quia scriptum est: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

religioso es benemerito, lo podrá poner en lugar algo mas elevado.

No solo à monge, sino à qualquiera de los sobredichos sacerdotes, y clerigos podrá sublimar à mejor grada, que la que por su ingreso les toca, si viere que lo merece su vida.

Guardese el Abad de recibir en tiempo alguno religioso de monasterio conocido para morador del suyo, sin consentimiento, y letras de su prelado, porque escrito està: No hagas à otro, lo que no quieres fe haga contigo.

ABRIL 17. Agosto 17. Diciembre 17.

*De sacerdotibus monasterii.*

De los sacerdotes del monasterio

CAPUT LXII.

CAPITULO LXII.

**S**I quis Abbas sibi Presbyterum, vel Diaconum ordinari petierit, de suis eligat, qui dignus sit sacerdotio fungi.

Ordinatus autem caveat elationem, aut superbiam: nec quicquam præsumat, nisi quod ei ab Abbate præcipitur, sciens se multò magis disciplina regulari subditum.

Nec occasione sacerdotii obliviscatur Regulam obedientiam, & disciplinam; sed magis

**S**I el Abad sollicitare que le ordenen algun sacerdote, ò diacono, elija de sus monges el que sea digno del sacerdocio.

Evite el ordenado toda vanidad, y soberbia, y no piense hacer cosa que el Abad no le permita: teniendo entendido, que està mucho mas sujeto à la disciplina del claustro.

Ni con la ocasion del sacerdocio olvide la obediencia, y disciplina regular; antes bien pro-

gis ac magis in Domino proficiat.

Locum verò illum semper attendat, quo ingressus est monasterium, præter officium altaris; & si fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis pro vitæ merito eum promovere voluerit.

Qui tamen regulam à decanis, vel præpositis constitutam sibi, servandam sciat: quod si aliter præsumperit, non ut sacerdos, sed ut rebellis iudicetur. Et sæpè admonitus si non correxerit, etiam Episcopus adhibeatur in testimonium.

Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis, projiciatur de monasterio: si tamen talis fuerit ejus contumacia, ut subdi, aut obedire Regulæ nolit.

*cure avanzar mas; y mas en virtud.*

*Atienda siempre al lugar que le toca por su ingreso en el monasterio, exceptuando las funciones de su oficio; y si la voluntad del superior, y eleccion de la comunidad, acaso quisieron promoverle por su merito.*

*Advierta, que deberá hacer lo que los superiores, y decanos le mandaren: y si no lo biere, será tratado como rebelon, y no como sacerdote. Si no se corrigiere despues de varias veces amonestado, daràn quenta al Obispo en testimonio.*

*Si àun assi no se enmienda, y se divulgan sus culpas, lo expeleràn de el monasterio; siendo tal su contumacia, que no quiera rendirse, ni obedecer à la Regla.*

ABRIL 18. Agosto 18. Diciembre 18.

*De ordine Congregationis.*

*Del orden de la Comunidad.*

CAPUT LXIII.

CAPITULO LXIII.

**O**rdines suos in monasterio ita conservent, ut conversionis tempus, & vitæ meritum discernit, vel ut Abbas constituerit.

Qui Abbas non conturbet gregem sibi commissum, nec

**T**odos observen en el monasterio sus lugares, segun los discierne la antiguedad de su ingreso, segun su merito, y assignacion del prelado.

No alborote este las ovejas de su cargo, ni ordene

quasi liberà utens potestate injustè disponat aliquid: sed cogitet semper, quia de omnibus judiciis, & operibus suis redditurus est Deo rationem.

Ergo secundum ordines, quos 3 constituerit, vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum.

Et in omnibus omnino locis, ætas non discernatur in ordine, nec præjudicet: quia Samuel, & Daniel pueri presbyteros judicaverunt.

Ergo exceptis his, quos, 5 ut diximus, altiori consilio Abbas prætulit, vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes, ut convertuntur, ita sint.

Ut, verbi gratia, qui secundà horâ diei venerit, in monasterio juniorem se noverit illo esse, qui primâ horâ venit diei, cujuslibet ætatis, aut dignitatis sit.

Pueris verò per omnia, ab 7 omnibus disciplina teneatur.

ABRIL 19. Agosto 19. Diciembre 19.

Juniores ergo priores suos 8 honorent: priores verò juniores diligant.

In ipsa autem appellatione 9 nominum nulli liceat alium puro appellare nomine: sed priores

justamente cosa, como de poder absoluto: mas piense siempre que de todos sus juzgados, y operaciones ha de dar cuenta al Juez supremo.

Segun pues la antelacion que el les diere, y la que los monges tuvieren entre si, iràn à la paz, y comunion, à entonar el salmo, y estaran en el coro.

En ninguna parte la edad discierna, ni perjudique à la precedencia: pues Samuel, y Daniel, siendo mozos, sentenciaron los ancianos.

Exceptos pues los que (como hemos dicho) prefiriere el Abad con maduro consejo, ò degradare por justo motivo, todos los demàs estaran segun la antigüedad de su conversion.

De modo, que el que llegò (por exemplo) à las dos horas de dia, sepa que es mas moderno en el monasterio, que el que vino à la una, de qualquiera edad, ò calidad que sea.

Cuiden todos, de que los niños observen buena crianza.

Respeten los modernos à los mas antiguos, y amen los antiguos à los mas modernos.

A nadie sea licito llamar à otro por su nombre puro en el tratamiento: mas los antiguos

res juniores suos *Fratres* nominent; juniores autem priores suos *Nonnos* vocent, quod intelligitur *Paterna reverentia*.

Abbas autem, quia vicus Christi agere videtur, *Dominus*, & *Abbas* vocetur; non assumptione sua, sed honore & amore Christi: ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore.

Ubi cumque autem sibi obviant fratres, junior à priore benedictionem petat.

Transiente majore, minor infurgat, & det ei locum sedendi: nec presumat junior confedere, nisi ei præcipiat senior suus, ut fiat, quod scriptum est: *Honore invicem prævenientes*.

Pueri parvuli vel adolescentes in Oratorio vel ad mensam cum disciplina ordines suos consequatur: foris autem, vel ubi ubi custodiam habeant, & disciplinam, usque dum ad intelligibilem ætatem perveniant.

llamarán Hermanos à los más mozos: y estos llamarán à los antiguos Nonnos, que significa Padres Reverendos.

Al prelado, porque està en lugar de Dios, darán titulo de Don, y Abad; no porque èl se usurpe este dictado, sino en amor, y honor de Cristo: y reflexione sobre este titulo el Abad, y portese de modo, que sea digno de tal honor.

En el lugar que encuentre un monge à otro, pida el moderno la bendicion al antiguo.

Al passar un antiguo, se levantará el moderno, cediendole el lugar; y no se siente con èl, si no se lo manda el antiguo: para que se haga lo que dixo S. Pablo: Anticipad reciprocas señales de respeto.

En el coro, y en la mesa, observaràn los niños, y muchachos sus classes con toda compostura: y allí, y en todas partes tendràn director, y guarda, que los dirija hasta que lleguen à tener edad de inteligencia.

ABRIL 20. Agosto 20. Diciembre 20.

De ordinando Abbate.

De la eleccion de Abad.

CAPUT LXIV.

CAPITULO LXIV.

**I**N Abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi om-

**A**Tiendase siempre en la eleccion de Abad, à que aquel sea elegido, à quien to-  
da

omnis concors Congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva Congregationis saniori consilio elegerit.

Vita autem merito, & sapientia doctrina eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine Congregationis.

Quod si etiam omnis Congregatio vitiis suis (quod quidem absit) consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi, ad cuius diocesim pertinet locus ipse, vel Abbatibus, aut Christianis vicinis claruerint; prohibeant pravorum prevalere consensum: & domui Dei dignum constituent dispensatorem: scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste, & zelo Dei faciant; sicut est contrario peccatum, si negligant.

